Primū eſt q̄ mēſuraret ⁊c̄. hoc
eſt famulum tuū id eſt carnem
tuam menſurare debes quantū
deliquit ⁊ pro omni delicto pe
nā agere. elementa menſurare
ſcilicet carnem tuam domare.
Secundum eſt ventum muta
re ⁊c̄. equ⁹ furioſus ē peccatoꝛ
qui in peccatis permanet vnde
opoꝛtet ei potionē dare ſcilicet
vt contritionem habeat in coꝛ
de. confeſſionem in oꝛe. ſatiſfa-
ctionem in opere. Et hoc eſt vē
tum mutare. vnde Iob. Tanq̄
ventus eſt vita mea. Tercium
eſt ignem ſine leſione portare
Ignis iſte ē ignis luxurie. aua
ricie. ſuperbie qui ſepe animam
⁊ corpus conſumunt. ſed ſi de-
ſideras vt ignis iſte te nō ledat

oportꝫ vt lapidē ī loculo ſcꝫ dominū noſtrū ihm xp̄m in corde habeas per opa meritoria. et ſi mūde portaueris: nūq̄ ignis alicui9 pcti ledet et p ɔſequēs vitā eternā obtinebis

¶ De remuneracōe eterne patrie. ¶ Ca. lxxi.

Rex erat q̄dā q̄ mgnū cōuiuiū fecerat deinde p totū regnū p̄cones deſtinabat vt p̄conizarēt cōuiuiū videlicet vt oēs cuiuſcūqꝫ condicōis ad cōuiuiū venirent et nō tm̄ conuiuiū bonū haberent: ſꝫ et diuitias infinitas obtineret. Cum autē precones p regna et caſtra ambularent p̄ceptū regis promulgādo: erāt tunc duo homines in vna ciuitate manentes vn9 fuit fortis et robuſtus ſed tamen cecus. alter claudus et debilis ſed optime viderat. Dixit cecus claudo. Kariſſime heu nobis duobus: per totum regnum diuulgatū eſt ꝙ rex tali tempore optimū conuiuiū tenebit. ad quod nō tantū quilibet habebit cibaria pro ſua voluntate: ſed diuitias magnas recipiet. Tu vero es claud9: ego vero cec9. ad illō conuiuiū poterimus accedere. Ait claudus. Si conſiliū meū feceris ambo ibidē veniemus et diuitias et conuiuium ſicut ceteri obtinebimus. Reſpondit cecus. Omne conſilium quod eſt nobis vtile ſū parat9 adimplere. Ait claud9. Tu es fortis et robuſt9 in corpore ego vero debilis quia claudus. me ſup dorſum tuūm portabis. ego vero tibi iviā dirigam. quia ſatis clare video et ſic ambo ad cōuiuiū veniemus et mercedem ſicut ceteri obtinebim9. Ait cecus. amen dico tibi optimū conſilium eſt. ſtatim aſcende dorſū meum. Et ſic factum eſt. claudus viam ei oſtendit et ipſe cū portauit. Et ſic ambo ad conuiuium venerunt et diuitias inter alios receperunt

Kariſſimi iſte rex eſt dominus noſter ihs chriſtus qui pro omnibus nobis conuiuiū eternū preparauit. Juxta illud. Erat quidam homo qui fecit cenam magnam. Ad illud conuiuium multi ſunt vocati et qui ibidem accedet diuitias eternas poſſidebit. Cecus iſte eſt quilibet diues ac potens huius ſeculi qui fortis eſt et potens in corpore id eſt diuiciis et mundi potentia. Vnde ceci ſunt quantum ad vitam eternam. Jgnorāt ea que ſunt ſalutis ſicut talpa bene videt ſub terra et habet multa diuerticula ſed ſupra cecus efficitur

nec ſcit ſeipſū iuuare. Sic ⁊ di
uites ſatis clare videt in tpali
bus ⁊ ceci ſūt in ſpūalib9. Clau
dus vero eſt bon9 religioſus q̄
claudicat in vtroq3 pede. ſc3 ni
hil in cōmuni aut in ꝓprio poſſi
dere. tn̄ videt talis ſatis clare vi
am verſus cōuiuiū eternū. Si
ergo vos diuites ac mūdi potē
tes intēditis ad illud cōuiuiū
accedere ⁊ premia ibidē accipe
neceſſe vobis erit religioſos ac
ceteros paupes ſuper dorſa ve
ſtra portare. Sed diligent' eſt
adūtendū qn̄ diuites dn̄t por
tare paupes. Certe elemoſinas
eis dando. in eoꝝ neceſſitatib9
ſubueniēdo. hoc ē paupes por
tare ⁊ fideliter viris eccleſiaſti
cis decimas dare. Si ſic feceri
tis: nos viri religioſi tenemur
vobis viam ſalutis oñdere quō
poteritis ad vitā eternam pue
nire. Precones q̄ illud cōuiuiū
clamabant ſūt ſacre pagine do
ctores ſc3 doctores predicato
res ⁊ cōfeſſores qui hn̄t nos in
ſtruere publice ⁊ priuate quō
ad eternū conuiuiū poterim9
peruenire.

De ingratoꝝ trucidacōe.

Capitulū. lxxij.

Legit' de q̄dā rege q̄ fili
um vnicū hebat. Quē
multū dilexit ac tener
rime nutriuit. Cū aūt puer ad
etatē legittimā peruenisset: de die
in diē regē ipulſabat vt regnū
ei dimitteret. eo ꝙ ipotens eſſ3
⁊ ipſe potēs. Rex vero ait. Kme
ſi ſecurus eſſem ꝙ me beniuole
⁊ cū honore tractares toto tpe
vite tue: tibi illud cōcederem ⁊
oēm hūanitatē quā pr̄ tenetur
filio tibi preſtarē. At ille. Dn̄e
corā ſatrapis ⁊ nobilib9 iperij
iuramentū preſtabo ꝙ nullū de
fectū hebitis ſ3 in maiori bono
re q̄ʒ meipſū vos habebo. Rex
vero credens dictis ei9 regnū ei
dedit ⁊ nichil ſibi ipſi retinuit.
Cū vero coronat9 eſſ3 ⁊ in ſolio
poſit9: vltra q̄ʒ credi pt̄ cor ei9
eſt eleuatū p aliq̄s ānos prēm
ſuū i honore hebat ⁊ poſt hoc
nec honorē nec aliqua bona ei
dedit. Ille vero cepit ſapiētib9
regni cōqueri ꝙ eius filius pa
ctum nō tenebat. Sapiētes ve
ro qui ſp eū dilexerūt regē ar
guebāt ꝙ male prē3 ſuū tracta
ret. Rex hoc audiens furore re
pletus prēm ſuū in q̄dā caſtro
incluſit vbi null9 acceſſum hr̄e
poterat ad eū In quo loco famē
⁊ multas miſerias patiebatur.
Accidit eodem tempore ꝙ rex
in eodem caſtello pernoctabat
Pater vero ad eum acceſſit et
ait. O fili miſerē patri tuo ſeni
qui te genuit ⁊ omnia dedit
in hoc loco famē ⁊ ſitim patior

iam ſū in graui infirmitate pō
ſitꝰ. ⁊ hauſtꝰ vini me cōforta
ret. Ait rex. Ignoro ſi ſūt vina
in caſtro iſto. At ille. Immo fi
li quinqꝫ dolia vini ſine ſcitu ve
ſtro ſeneſcallꝰ huiꝰ caſtri non
audet ꝑforare ea ⁊ m̄ hauſtum
dare rogo te ergo fili des mihi
de p̄mo dolio. Ait rex. Nō faciā
qꝛ muſtū ē nec valꝫ ꝓ ſeibꝰ. At
ille dixit. Des m̄ ergo de ſecūdo
dolio. Qui ait. Hoc nō faciam
hoc ꝑ corpe meo cuſtodiā ⁊ ꝓ
iuuenibꝰ q̄ mecum ſūt. At ille.
Des ergo m̄ de tercio. Qui ait.
Nō faciā. q̄ vinū forte ē ⁊ tu es
debil' ⁊ īfirmꝰ: poſſꝫ eē cā mor
tis tue. Ait ille. Des m̄ de q̄rto
dolio. Qui ait. Non faciā qꝛ ni
mis vetꝰ ⁊ aceto ſīl ē ⁊ nō mul
tum valet ⁊ precipue ꝓ cōple
xione tua. Ait pr̄. Fili des ergo
mihi de q̄nto dolio. Ait ille. Ab
ſit a me qꝛ feces ſūt ſatrape re-
gni m̄ imponerēt qꝛ te occidiſ-
ſem ſi feces tibi dediſſem. Pat'
hec audiens ab eo triſtis receſ
ſit ⁊ ſtatī occulte ſatrapis re-
gni lrām ſcripſit q̄uo filius eiꝰ
eū tractabat vt ꝓpt' deū eū a tali
miſeria ſubleuarent. Satrape
oēs ei cōpaciebant'. ſtatī regē
receperūt ⁊ patrem ſicut prius
regem conſtituerūt. Filium ſu
um in carcerem poſuerunt. vbi
propt' miſeriā defunctꝰ eſt.

Kariſſimi rex iſte eſt domi
nus noſter iheſus chri-
ſtus. Filius quilibet chriſtia-
nus quem tenerrime diligit.
q̄ diu homo in puritate vite
manet. Omnia homini dedit q̄
homo habet. ⁊ ipſe factus eſt
pauper. ſcd̄m qꝫ teſtatur ſcrip
tura. Vulpes foueas hn̄t. ⁊c̄.
Sed cotidie chriſtus famē ⁊
ſitim patitur. Hoc ē in ſuis mē
bris ſcilicet pauperibus ⁊ debi
libꝰ. Unde ſcriptum eſt. Qd̄
vni ex minimis meis feciſtis: m̄
feciſtis. Et cum deus petit a no
bis hauſtum vini de primo do
lio: dolium illud eſt puericia
noſtra quam deus a nobis re
quirit. vt ei ſeruiamus in pue
ricia. Puer vero malus reſpon
dit. Muſtum eſt hoc eſt puer
ſum Non poſſum ieiunare. ora
re. ī dei ſeruitio vigilare. Demū
deus a nobis requirit vt demꝰ
ei de ſecundo dolio. Reſpondit
malus filius. Non poſſum da
re iuuentutem meam deo ſerui
endo. quia tunc mundus deri
det me dicens. Ecce ille iuuenis
ſtultus homo non vult conuer
ſari cum hominibꝰ. Et ſic iuuē
tutem meam mecum retinebo.
comedendo. bibendo. mundo ſer
uiendo. Demum deus requirit
a nobis de tercio dolio. Reſpō
dit malus filiꝰ. Vinū forte ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc ē iam ſū in fortitudine mea
ſi penitentiā facerem: fortitudi
nem meā diminuerē. Ad bella
⁊ ad haſtiludia volo accedere
⁊ ea que mūdi ſūt exercere. ac
poſt fortitudinē penitentiā agē
Deus videns ꝙ de iſtis tribus
dolijs nihil pt hr̄e: querit de q̄r
to dolio hauſtū vnū. Reſpōdit
malus filiꝰ. Vinū nimis vetus
⁊ acetoſū eſt. hoc ē dictū. iam
ſum ſenex iā non poſſum ieiu-
nare vigilare. ꝙ natura mea ē
debilis. Demum deꝰ q̄rit de quī
to dolio vnū hauſtum. Rn̄dit
malus filiꝰ. Feces ſūt. Hoc eſt
dictū heu mihi decrepitꝰ ſum de
fecit ſalutare meum Dum bona
poterā facere non feci. modo ſū
impotēs. ⁊ talis ſepe cadit in de
ſperationē. Et ſic moritur hō mi
ſer. Contra tales erit querimo
nia grauis. ⁊ tūc in die iudicij de
us cū tota curia celeſti ſentētiā
dabit dicēs. Ite maledicti. ⁊c̄.
A quo nos liberare dignetur

De auaricia ꝙ multos excecat

Capitulū. lxxiiij.

Rex q̄dā erat in ciuita-
te romana qui ſtatuit
ꝙ q̄libꝫ cecꝰ ab ipato
re oi āno centū ſolidos haberꝫ.
Accidit caſus ꝙ. xxiiij. ſo cij ad
ciuitatē venerūt. ⁊ quandā ta
bernā intrabāt ꝑpt potacōne.
Iſti enī p ſeptē dies ſtabāt bibē
do ⁊ ōmededo. deinde cū volebāt
cū tabernario cōputare: q̄cq̄d
in pecunia haberēt tabernario
dederunt. Ait ille. Certe cariſſi
mi adhuc deficiunt. C. ſolidi.
Amē dico vobis nō exibitis do-
nec vltimū quadrante m̄ ſolue
ritis Illi hoc audiētes: ad inuicē
dixerūt. Quid faciemꝰ: non ha
bemus ſoluere? Ait vnꝰ. Dabo
vobis ſanū ꝯſiliū. Per impato
rez lex edita ē ꝙ quicūqꝫ ē cecꝰ
. C. ſolidos de eiꝰ theſauro obti
nebit. ponamꝰ inter nos ſortes
⁊ ſup quē ſors cadit eiꝰ oculos
eruamꝰ ⁊ tūc ille ad palacium
poterit accedē ⁊. C. ſolidos ob
tinere ⁊ nos oēs acq̄tare. At il
li. Optimū eſt conſiliū. Inter ſe
miſerūt ſortē ⁊ ſup illū qui con
ſiliū dederat cecidit. ſtatī exceca
bant eū ⁊ duxerūt eū ad pala
ciū. Pulſabant ad ianuā. Iani
tor cauſam pulſacōnis q̄ſiuit.
At illi. Ecce eſt vnꝰ cecus q̄ bn̄
ficiū legis petit. Ait ianitor Se
neſcallo hoc dicā. Acceſſit ad ſe
neſcallū ⁊ ait ſtat vnꝰ cecus ad
portā q̄ bn̄ficiū legis petit. At il
le. Vadā ad eum ⁊ eū videbo.
Cum autem cecum vidiſſet eū
intime reſpexit. Quem cum con
ſideraſſet ait ei. Cariſſime quid
petis? Et ille. Cētū ſolidos ſcdꝫ
legē. Cui ait. Amen dico tibi
heſterna die vidi te in taberna

a duos oculos ſatis claros hn̄
tem tu male legē itelligis. Lex
eſt edita q̄ q̄cūq3 fuerit ex īfir
mitate vel ex caſu aliq̄ cec9 con
tra quē caſū nō poterit ſe defen
dere: talis bn̄ficiū legis obtine
bit. Sʒ tu volūtarie oculos tu
os in tabna bibiſti ↄ ↄſiliū de
diſtiūt cecat9 eſſes q̄re g° alibi
ſolacium q̄ nullum obulū ob
tinebis Ille vero hoc audiēs: cū
confuſione receſſit.

¶ Moralizacō.

Hamī talis ē lex dei q̄ q̄cū
q3 ignorant᷑ aut ex infir
mitate peccauerit aut tēptacō
ne dyabolica ſi ↄtrit9 ↄ ↄfeſſus
fuerit. Juxta illδ. In q̄cūq3 ho
ra pctōr ic̄. de9 ſibi remittet. q̄
libet pctōr in quātū pctōr eſt
cec9. Si vero aliquis ex pura
malicia ſine cauſa peccauerit ↄ
poſtea in deſpacōeʒ iciderit: vix
aut nūq̄ ei remittet᷑. Tabna
rius ē diabolus q̄ oēs tales ad
tabernā infernalē recipit q̄ ſic
deſcendūt. Et ideo ſtudeam9.

¶ De pſpectione ↄ prouiden
tia. ¶ Capitulū. lxxiiij.

Erat q̄dā rex q̄ filiū tā
tū vnicū hēbat quē te
nerrie dilexit Rex iſte
vnū pomū aureū fieri fecit i ſū
ptibus magnis. Pomo fabrica
tō. rex vſq3 ad mortē infirma
bat᷑ vocauit filiū ſuū ↄ ait. Ka
riſſime: nō potero de iſta infir
mitate euadere. Sub bn̄dicti
one mea poſt meū deceſſum: va
de p regna ↄ caſtra ↄ pomū au
reum quod feci tolle tecum. ↄ
quem magis ſtultum īueneris
pomum iſtud ex parte mea da
bis. Filius vero fideliter adim
plere promiſit. Rex vero verte
bat ſe ad parieteʒ ↄ emiſit ſpi
ritum. Filius vero ſatis honori
fice eū tradidit ſepulture. P9
ſepulturam ſtatim pomum ac
cepit. ↄ per diuerſa regna ↄ ca
ſtra ambulauit. multos ſtul
tos inuenit ↄ vidit. tamen nul
li eorum pomum dedit. Deinde
perrexit ad quoddam regnum
ↄ ad ciuitatem principalem il
lius regni acceſſit. Per mediū
ciuitatis regem equitantem cū
magno apparatu vidit. Con
ditiones illius regni a quibuſ
dam ciuibus queſiuit. At illi
dixerunt eis. Conſuetudo illi9
regni eſt talis q̄ nūq̄ rex inter
nos regnabit niſi vno āno. Fi
nito āno in exiliū ponetur. vbi
mala morte morietᷓ. Filius re
gis hec audiens: intra ſe cogi
tabat. Jam inueni quem diu q̄
ſiui. Acceſſit ad regem ↄ flexis
genibus eum ſalutauit. ↄ ait.
Aue rex. Pater meus defunct9
eſt. Jſtud pomū aureū in teſta
mentū vobis legauit. Rex vero

pomū accepit ⁊ ait ei. Kariſſīe: quō pt̄ hoc eſſe? Rex nūq̄ me vidit nec aliquid boni pr̄i tuo feci. Quare ego tam p̄cioſū iocale michi dedit? Ait ille. Dn̄e mi rex. pater me⁹ non plus tibi q̄ alteri pomū legauit. Sȝ ſub bn̄dictione ſua mihi precepit maiori ſtulto dare quē potero inuenire. Et ſine dubio circuiui multa regna ⁊ caſtra. ⁊ nō inueni tam magnū ſtultū ⁊ infatuatuȝ q̄ vos. Jdeo ex precepto patris mei vobis pomum dedi. Ait rex. Rogo vt mihi dicas q̄re me tm̄ ſtultū reputas? At ille. Ecce dn̄e oſtendam tibi clare. Eſt ꝯſuetudo illius regni tm̄ per annū regnare. ⁊ in fine āni omni honore ⁊ diuicijs priuari ⁊ in exiliū poni. vbi mala morte morietur. Amen dico tibi. cōcludo ex dictis meis q̄ in toto mūdo non eſt tantus ſtultus ſicut vos q̄ tam breue temp⁹ regnare debetis ⁊ poſt hoc tā miſerabiliter vitā finire. Reſpōdit rex. Sine dubio omnia vera ſūt que modo mihi dixiſtis. ⁊ ideo dum adhuc fuero ī mea ptāte in preſenti āno bona īfinita mittam ante me in exilium vt dum ibi venero: de bonis illis viuam q̄diu vixero. Et ſic factum eſt. Jn fine anni regno eſt priuat⁹ ⁊ in exilium poſitus ibi per multos annos de bonis illis vixit ⁊ vitam in pace finiuit

Kariſſimi: rex iſte eſt deus qui legauit pomum aureum ſtultis. Per pomum rotundum intelligitur mundus iſte quem deus dat fatuis qui magis mundum ⁊ ea que in mūdo ſunt appetunt q̄ deum. Rex qui per vnum annū regnauit pt̄ dici quilibet homo in hoc mūdo exiſtens qui licet centum ānis viuat eſt tamen quaſi vna hora reſpectu vite future ⁊ tamen non deſiſtit miſer homo die ac nocte laborare ⁊ poſt mortem ī exilium id eſt infernum poni ſi cum peccato mor̄li decedat vbi mala infinita inueniet. Et pauci ſūt qui de iſto exilio cogitāt Faciam⁹ ergo ſicut fecit ille rex dum ſumus ī noſtra poteſtate in hac vita ante nos mittam⁹ opera miſericordie. elemoſinas largas. ꝑpetrare oraciones. ⁊ ieiunia facere. vt poſt hanc vitam paradiſum poterimus intrare ⁊ fine dibio vbi inueniem⁹ opera noſtra meritoria que fecimus in hac vita. ⁊ ſic regnabimus ibi cum gloria Ad quam

De cura mūdi nō ſectāda.

Capitulū. lxxv.

Olim erat q̄dā rex q̄ tres filias pulchras habebat quas trib⁹ ducib⁹



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maritauit. Omnes illi tres du-
ces vno āno mortui ſunt. Rex
hoc audiens volebat filias ſu-
as iterato maritare vocauit pri
mā filiā ⁊ ait. Kariſſima: vir tu
us mortuꝰ eſt dabo te alteri vi
ro. At illa. Nullo mō hoc attē
ptabo. Et hec eſt ratio mea. Si
deberē alterꝝ virū accipe opor
tet vt eū tantū diligerē ſicut p̄
mū virꝝ aut plus aut minꝰ dili
gerē hoc non poteſt ſtare qꝛ p̄
mus virginitatē habebat ergo
nō tantū debeo eū diligere. Si
vero plus hoc eſſ maius malū
Si vero minꝰ non eſſ bona di
lectio inter nos quare cōcludo
qꝛ nullo mō volo aliū virꝝ acci
pere. Rex hoc audiens vocauit
ſecundā filiā ⁊ ait. Kariſſima:
vir tuꝰ defunctꝰ eſt copulabo
te alteri viro. At illa. Domine
nullo mō hoc attēptabo. quia
ſi virꝝ aliū acciperem. reciperem
eū aut ꝓpter diuitias aut forti
tudinē aut pulchritudinē. Nō
propter diuitias quia habūdo
Non propter fortitudinem qꝛ
amicos habeo qui me defendēt
Non propter pulchritudinē
quia mihi videbatꝰ qꝛ vir meꝰ
oīm erat pulchrior in vniuerſo
mūdo q̄re cōcludo qꝛ nullo mō
virꝝ aliū accipere volo. Rex hoc
audiens vocauit terciā filiā ⁊
ait. Kariſſima vir tuꝰ mortuꝰ

eſt volo te alteri viro copulari
At illa. Nullo mō hoc attēpta
re volo quia ſi aliū virꝝ accipe
rem: ille me reciperet aut ꝓpter
pulchritudinē aut diuitias. Nō
propter pulchritudinē. qꝛ nō
ſum pulchra. Ergo propter di
uitias me reciperet. Et ſi ꝓpter
diuitias nunq̄ poſſ eſſe verus
amor. quia deſtructis diuitijs
amor trāſiret. Cōcludo ergo qꝛ
nullo mō aliū virꝝ accipere vo
lo. Itē doctores ſacre ſcripture
dicūt qꝛ vir ⁊ mulier in matri-
mo coniūcti: ſūt vnū in corpore
⁊ duo in anima. Ergo corpꝰ vi
ri mei eſt corpꝰ meū ⁊ ecōuerſo
adhuc omni die poſſum ad ſe-
pulchꝝ accedere viri mei ⁊ ibi
oſſa videre. ergo virꝝ preſentē
habeo ⁊ iō aliū hr̄e nolo. Rex
hoc audiēs āplius vt virꝝ acci
peret nō inſtigabat.

KAriſſimi: rex iſte eſt de
us ipſe tres filie aīa i
telligitur in qua relu-
cet ōperatio ⁊ ymago trinitatis
Iuxta illud gen̄. ij. Faciamꝰ ho
minem ad ymaginem ⁊ ſimili
tudinem noſtram. Ymago ve
ro trinitatis per peccatum pri-
mi parētis erat deturpata. ⁊ tri
bus viris tradita ſcilicet dya-
bolo mundo ⁊ carni. Si vero
mortuus eſt dyabolus per xp̄i
paſſionē: noli amplius talem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

virum accipe: ſ semꝑ ſub xp̄i ꝓ
tectione pmanere. Si mūdus
mortuꝰ eſt p pauptatē volūta
riā: noli ampliꝰ alium viꝝ ac
cipere ſed pmaneas ſub xp̄i ꝓ-
tectione. Si vero mortua ē ca
ro p ieiuniū ⁊ carnis maceracō
nem: noli ampliꝰ viꝝ accipere
ſed ſub xp̄i protectione perma
neas. Vel aliter p̄t reduci. Rex
iſte eſt deꝰ. Tres filie tria ge-
nera hominū ſcȝ potentes ac di
uites huius mūdi. ſicut ſunt re
ges ac mundi potētes. ſapien
tes huius mundi. ſicut ſunt iu
dices tpales ⁊ eccleſiaſtici viri
religioſi. pfecti xp̄iani. ſicut ſūt
qui in omnibꝰ diuinis p̄ceptis
obediunt. Iſte tres erāt in bap
tiſmo tribus ducibus copulati
ſcȝ patri p potentiā. filio per ſa
pientiā. ſpiritui ſancto per cle
mentiam. Si ergo iſti mortui
ſunt. i. extincti ⁊ ablati a te per
peccatū tuum nūq̄ꝫ alteri labo-
res copulari. ſed cum omni dili
gentia fac opa mie per que po
teris ei recōciliari. quia nunq̄ꝫ
aliquē inuenies qui te tm̄ dili-
get. ¶ Vn̄ eſt notandum q̄ꝫ
mulier accipit viꝝ ꝓpter qua
tuor. Quia aut ꝓpter diuitias
aut ꝓpt̄ pulchritudinē aut for
titudinē aut ſapientiā. Si vero
vis viꝝ accipe ꝓpter diuitias:
certe non inuenies ita diuitē ſi

cut dn̄m noſtꝝ ih̄um xp̄um. q̄ꝛ
dn̄s celi ⁊ terre eſt ergo eū te-
neas ⁊ non aliū. Si vero velis
viꝝ accipe ꝓpter fortitudinem
curre ad dn̄m noſtꝝ ih̄m xp̄m
qui ē fortior omni homine. for
tis in celo ⁊ in terra. In inferno
non eſt aliq̄s qui poteſt ei re-
ſiſtere. ergo illū in virum debeſ
accipe ⁊ non aliū. Si vero ali
quem vis accipe ꝓpter pulchri
tudē curre ad dn̄m noſtꝝ ih̄m
xp̄m qui ē pulchrior omni ho
mine. Vnde pš. Specōſus for
ma pre filijs hominum ergo il
lum debes habere ⁊ non alium.
Si vero aliquem vis accipere
propter ſapientiā: curre ad do
minum noſtrum ihesum criſtū
quia ipſe eſt ſapientior omni
homine. Vn̄ apl's. O altitudo
diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie
dei. ⁊c̄. ergo illum virū accipe
debes ⁊ non aliū.

¶ De cōcordia. ¶ Ca. lxxvi.

Accidit i quadā ciuita
te q̄ꝫ erant duo medici
optimi in omni ſciēcia
medicinali imbuti qui ōnes ad
eos venientes de quacumq̄ꝫ in
firmitate curabant: ita q̄ꝫ peni-
tus populꝰ ignorabat quis eo
rum eſſet melior. Infra tempuſ
erat iter eos contentio quis eo
rum eſſet maior atq̄ꝫ pfectior.
Ait vnus alteri. Kariſſime: nō

ſit inter nos diſcordia nec inui
dia· neqꝫ ꝯtencõ quis noſtꝝ ē
perfectior· Sed vnū faciamꝰ·
⁊ quicūqꝫ ex nobis defecerit ſit
ille ſeruꝰ alterius· Ait alt᷑· Dic
mihi qđ eſt illud? Et ille· Ego
duos oculoſ tuos de capite eru
am ſine grauamine ⁊ ſuper mē
ſam tuā ponā· Et qn̄ tibi placꝫ
in capite tuo ſine leſiōe tua po
nam· Si vero mecū hoc idē per
omnia feceris: equales ambo ſi
mus ⁊ quilibet alteꝝ nutriat ſi
cut fratrem ſuū· Si vero aliq̃s
defecerit: ſeruꝰ alterius erit· At
ille· Optima probacio: per oīa
mihi bene placet· Ille vero qui
queſtionē ꝓpoſuit accepit in=
ſtrumenta ſua ⁊ infra oculos
cum quodā vngento nobiliſſi
mo iteriꝰ ⁊ exterius liniuit· Et
cum inſtrumēto ſuo duos ocu
los ſocij extraxit ⁊ ſuper menſā
poſuit ⁊ ait ſocio ſuo· Kariſſi=
me: quomodo tibi videtur? Et
ille· Vnum ſcio ꝙ nihil video
quia oculis careo ⁊ tamen nul
lam leſionem ſentio· Sed mō
vellem ꝙ oculos meoſ ſicut mi
hi promiſiſti reſtitueres· Et il
le· Libenter attēptabo· vngen
tum accepit ⁊ oculos interiꝰ ⁊
exterius ſicut priꝰ inūxit ⁊ ocu
los ſuos repoſuit· Et ille· Kme
quid iā tibi videt᷑? Et ille· Op
time ꝙ in extrahendo nullā leſi
onē ſenſi· Tunc dixit ille· Iā re
ſtat vt mihi ſimili modo mini=
ſtres· Qui ait· Preſto ſū· Acce
pit inſtrumenta ſua ⁊ vngēta
ſua ſicut ille fecerat intꝰ ⁊ exte
rius liniuit deinde oculos eiꝰ ex
traxit ⁊ ſup menſā poſuit ⁊ ait
Kariſſime quid tibi videt᷑? Et
ille· Mihi videt᷑ ꝙ oculos per
didi tamen nullū dolorē ſenſi·
ſed vellē libentiſſime ꝙ oculos
rehaberē· Cū vero ille paraſſꝫ i
ſtrumenta ſua vt oculos reſti
tueret· feneſtra domꝰ erat apta
⁊ quidā coruus intrauit videſ
qꝫ oculos in menſa ſubito vnū
oculū rapuit ⁊ auolauit· Me
dicꝰ hoc percipiens eſt contri=
ſtatꝰ totalit᷑· Et ait intra ſe· Ni
ſi oculos ſocio meo reſtituā ſ=
uus eiꝰ ero· Reſpiciens a lōge
videnſqꝫ caprā oculū extraxit ⁊
in locū oculi ablati ꝛpoſuit hoc
facto: dixit ſocio ſuo· Kariſſi=
me: quid tibi videtur? Qui ait·
Nec i extrahendo nec in reponē
do aliquā leſionē ſenſi· ſed vnꝰ
ex oculis meis ſemper ſurſū ad
arbores reſpicit· Et ille· Ex quo
ita perfecte medicinā meā tecū
feci ſicut ⁊ tu· modo ābo ſimus
equales nec inter nos ſit contē
tio· Et ſic ābo poſt hoc adinui
cem ſine contētione vixerūt·

Kariſſimi per iſtos duos
medicos intelligē demꝰ

legem nouā ⁊ antiquā q̄ue aīm
te curabāt quantū ad ſalutem
aīe. Facta eſt cōtencō ⁊ adhuc
eſt iter xp̄ianos ⁊ iudeos que
lex eſt melior ⁊ pfectior. Ad p
bandū veritatē quilibꝫ oculoſ
alteriꝰ extraxit. Hoc eſt dictū
In lege antiq̄ multa fūt a q̄bꝰ
deus extraxit ſicut decē precep-
ta ī antiq̄ lege. Sicut ſaluator
ait. Non veni ſoluere legē ſed
implere vt ſi aliq̄s intendat de
ūm videre oportet vt ad nouā
legē recurrat ⁊ tunicā baptiſmi
ſe induat. Coruus venit ⁊ rapu
it vnum oculū iudeoꝝ vt non
poſſent veritatē videre ⁊ in lo-
co huius ponebat oculū capre
ſcꝫ quaſdā cerimonias quibꝰ
vtūtur p quas credūt deū vidē
⁊ ibūt ad tenebras exteriores
vbi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentiū.

¶ Quod ad diuitias nō eſt anhe
landū. ¶ Ca. lxxvij.

Erat quidā rex q̄ duaſ
filias hēbat. Vna eāt
pulcherrima ⁊ oībus
amoroſa. ſed altera nigra ⁊ oī
bus odioſa. Rex vidēs filias ſu
as vnā pulchrā aliam nigram
eis nomina īpoſuit. Pulchre fi
lie īpoſuit nomē ſcꝫ Roſimūda
Nigre filie nomē gratiaplena.
Deinde preconē per totū regnū
miſit promulgādo ꝙ oēs veni-
rent ⁊ filias ſuas in m̄rimoniū
darꝫ illis q̄ ad hoc digni eſſent
Quicūqꝫ vero pulchrā filiā in
vxorē accipet: nihil cum ea niſi
pulchritudinē obtineret. Sed
qui nigrā filiam in vxorē acci-
peret: totū regnū poſt eius de-
ceſſum cū ea obtineret. Multi
hoc audiētes: ad curiam regis
venerūt ⁊ cū duas filias vide-
rent: oēs ad pulchrā filiam cur
rebāt. ⁊ eam in vxorē petebant
Gratiaplena nigra filia amare
fleuit. Ait ei rex O filia: ob quā
rem affligitur aīa tua? At illa
O dn̄e nullus eſt q̄ me viſitet
nec mecū loquatur. oms ad ſo
rorē meā currūt ⁊ oēs me deſpi
ciunt. Ait pr̄. O filia: ignoras
ꝙ oīa mea tua ſunt. ⁊ qui te de
ſponſauerit regnū meum obti-
nebit? Illa ſic confortata a fle
tu ceſſabat. Poſt hec venit quī
dā rex ad curiā regis ⁊ cū vidiſ
ſet pulchritudinē Roſimunde:
eam in vxorē petijt tm̄ cum ſua
pulchritudine. Rex pater puel
lam ei conceſſit ⁊ cum magno
gaudio eam deſponſauit. Sta
bat altera filia per multos an-
nos anteꝙ̄ eſſꝫ deſponſata. Tā
dem quidā dux nobilis ſꝫ pau
per intra ſe cogitabat. Licet pu
ella turpis fuerit: tamen quicū
qꝫ eam habuerit regnum cū ea
obtinebit perrexit ad regem ⁊
eam in vxorem petijt. Rex vero



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gauiſus eſt. eā deſponſauit cū
magno gaudio. ⁊ poſt mortē
regis totū r̄gnū cū ea obtinuit
KAm̄i rex iſte ē dn̄s nr̄ iħs
xp̄s. Filia roſimūda tam
pulchra: eſt mūdꝰ iſte. Vnde
pauci inueniūtur qui nō mūdū
ſuper oīa appetūt tandē nichil
cū ea obtinebūt niſi ſuā pulcri
tudinē hoc eſt vanitatē ⁊ diui
tias ⁊ ſicut pulchritudo per in=
firmitatē famē ⁊ ſenectutem an
nihilatur: ita diuitie huiꝰ mun
di tranſeūt per mortē ⁊ ſepe an̄
Et ideo fatui ſūt qui mūdū deſ=
pōſant. Altera filia ſcilicet gra
tiaplena que eſt turpis ⁊ oībꝰ
odioſa: certe ē paupertas quā
miro mō deꝰ dilexit. ⁊ ideo vo=
catur gratiaplena quia per eā
deueniūtur ad diuitias. Verūtn̄
pauci ſūt qui eam deſpōſare vo
lūt p̄mo eſt oībꝰ odioſa. tamē
qui eā deſponſauerit vitā eter
nā habebit.

De cōſtātia amoris mutui.

Capitulū. lxxviij.

REx quidā pulchrā fili
am habebat q̄ erat du
ci nobiliſſimo deſpōſa
ta cū quo pulchrā plē hēbat ⁊
maxima inter eos erat dilectio
Dux vero moritur de cuiꝰ mor=
te factꝰ eſt planctꝰ magnꝰ in
ciuitate. Domina vero ſatis ho
norifice eū ſepulture tradidit.
Poſt mortē amici eius ad eam
venerūt vt ſecūdo viro nuberet
allegātes ſibi etatē integrā ac
pulchritudinē ſuā. Domina ve
ro reſpondit. Virū alterū habe
re nolo quia vir meꝰ qui mor
tuꝰ eſt erat tā bonꝰ dulcis ac di
ues per oīa qui me vltra modū
dilexit. Et propter nimiā dile=
ctionē inter nos eius mors tn̄
me affligit: q̄ vt credo viuere
nō potero. Si vero talē virū po
namꝰ q̄ inuenirē. poſſibile eſſꝫ
ei ante me mori ⁊ tūc eſſꝫ mihi
grauis afflictio iā habeo q̄ nū
q̄ virū aliū capere volo. Si ma
lū virū acciperē: eſſꝫ mihi graue
poſt bonū hr̄e peſſimū

Moralizacō.

KAriſſimi rex iſte eſt deꝰ fi
lia anima ad dei ſimilitu
dinem creata que erat nobiliſſi
mo viro ſcilicet domino noſtro
iheſu xp̄o per virtutē baptiſmi
deſpōſata qui ſūma dilectione
nos dilexit q̄ in cruce ꝑ nobis
mortuꝰ ē ergo virū aliū ꝑ illo
nō accipias hoc ē aliū nūq̄ tn̄
diligas ⁊ ſic cū eo regnabis.

Nō quis neſcit: preſumē nō
audebit.

Ca. lxxix.

ERat quidā rex qui mi
ro mō p̄uos catulos
dilexerat die ac nocte
bn̄ latrātes itm̄ q̄ī gremio ſuo
eos q̄eſcē ꝑmiſit ⁊ ibidē pauit

Illi vero ſic ↄſueti erāt i gremio
ei⁹ dormiē ⁊ comedē q̄ vix alibi
volebāt. ⁊ q̄n̄q̄ȝ circa collū re-
gis pedes ponebāt. Et ſic rex ſo
laciū magnū ⁊ ludū cū eis ha
bebat. Erat tūc q̄dā aſin⁹ q̄ cū
oīa iſta vidiſſȝ in corde ſuo co-
gitabat ſi egō cantarē ⁊ an̄ re
gem ſaltarem: ⁊ circa collū dn̄i
mei pedes ponerē: rex mihi darȝ
oīa fercula ad comedēdū ⁊ gre
miū ſuū ad quieſcendū. Hijs
cogitatis extra ſtabulum ſalta
uit aulā intrauit ⁊ corā rege cā
tare cepit: deinde hincinde ſal-
tauit ⁊ poſt hoc ad regē cucur
rit ⁊ pedes circa collū ei⁹ poſuit.
Serui hoc vidētes credebāt aſi
nū in furia cōuerſū acceperunt
eū ⁊ egregie verberauerūt ⁊ ſic
ad ſtabulū reduxerūt

Karissimi rex iſte ē dn̄s nr̄
ihūs xp̄s. Caniculi bn̄ la
trantes ſūt p̄dicatores qui v̄bū
diuinū bn̄ pronūciant. Vn̄ di
gni ſūt in gremio celeſti q̄eſcē.
Aſin⁹ p̄t dici: q̄ p̄ſumit officiū
p̄dicatoris aſſumē v̄bū dei p̄nū
ciare tn̄ lrātură nec grāȝ ad hoc
hȝ ⁊ iō timēdū ē ne tal' ſit v̄bera
t⁹ hoc ē a dn̄o ⁊ p̄pl'o repulſus.
¶ De verſucia dyaboli. Et quō
iudicia dei ſūt occulta
¶ Ca. lxxx. cū expoſicōe icluſa

Erat quidā heremita q̄
in quadam ſpelūca ia
cebat ⁊ diebūs ⁊ noctibūs de
uote deo ſeruiebat. Juxta cellā
ſuam erat quidam paſtor oui
um qui paſcebat oues Accidit
vnō die q̄ paſtor erat ſomno
oppreſſus. Ipſo dormiente qui
dam latro venit ⁊ omnes oueſ
ſecum abſtulit. Superueniens
dominus ouium a paſtore que
rit vbi oues erant. Ille vero in-
cepit iurare q̄ oues perdidit ſȝ
quomodo penitus ignorabat.
Dominus hoc audiens furore
repletus ipſum occidit. Here-
mita hoc vidēs ait in corde ſuo
O domine ecce homo iſte cul-
pam innocēti dedit ⁊ ipſum oc
cidit. Ex quo ergo permittitis
talia fieri: ad mūdnm vadam
⁊ ſicut ceteri vitam ducā. Hijs
cogitatis heremitarium dimiſit
⁊ ad mundum perrexit ſed de⁹
ipſum perdere nolebat: angelū
in forma hominis ad eū miſit
vt ei ſe aſſociaret Quē cum an
gelus in via euntem inueniſſȝ:
ait ei. Kariſſime quo vadis?
Ait ille Ad iſtam ciuitatē ante
me. Angelus dixit ei. Ego i via
ero comes tuus quia angelus
dei ſum ⁊ ad te veni vt ſimus ſo
cij in hac via. Ambo ambula-
bant verſus ciuitatem. Cum
autem intraſſent: hoſpicium a
quodam milite p̄pter dei amo-
rem petebāt. Miles vero ſatis

gratanter eos recepit ⁊ hono=
rifice ac ſplēdide cū bona deuo=
tione in oībꝰ miſtrauit. Miles
iſte tantū vnicū filiū habebat
in cunabulis iacentē quē mul=
tum dilexerat. cena facta came
ra eſt aperta ⁊ lecti ſatis hono
rifice ornati pro angelo ⁊ here
mita. Media vero nocte ſurre
xit angelꝰ ⁊ puer in cunabiliſ
ſtrāgulauit hoc videns heremi
ta intra ſe cogitauit. Nūquid
iſte erat angelꝰ dei: bonꝰ miles
oīa neceſſaria propter dei amo
rem ei dedit. ⁊ non habuit niſi
vnicū filiū innocentē ⁊ iſte cū
occidit? Sed tamen nō aude
bat ei quicq̄ dicere. Mane ve
ro ābo ſurrexerunt ⁊ ad ciuita
tem aliā perrexerūt in qua in do
mo vnꝰ ciuis ſatis honorifice
erāt recepti ⁊ ſplēdide miniſtra
ti. Ciuis iſte quendā aureū ci=
phū quē miro mō dilexit h̄uit
in q̄ vltra modū gloriabatur.
Media vero nocte ſurrexit an
gelus ⁊ furatꝰ eſt ciphū illum
Heremita hoc vidēs intra ſe co
gitabat Iſte malꝰ angelus eſt
vt credo. Iſte ciuis nobis optīe
fecit ⁊ iſte eſt furatꝰ ciphū ſuū
tamē nihil ei loquebatur quia
timuit eum. Mane vero ſurrexe
runt ⁊ per viā ambulabant do
nec ad quandā aquā peruene
runt vltra quā erat pons pontē

aſcenderūt ⁊ quidā pauper eis
obuiabat. Ait ei angelus. Ka
riſſime: monſtra nobis viā ver
ſus talē ciuitatē. Pauper vertit
ſe ⁊ cū digito viā verſus ciuita
tem oſtēdit. Cū vero vertiſſꝫ ſe
angelꝰ ſubito per ſcapulas eū
accepit ⁊ vltra pontē proiecit
⁊ ſubmerſus eſt paup. Quod
cū heremita vidiſſꝫ ait in corde
ſuo iā ſcio q̄ iſte dyabolꝰ eſt ⁊
nō angelꝰ dei bonꝰ. Quid ma
li fecit pauper iſte ⁊ tamē eū oc
cidit? Ab illo tēpore cogitabat
ab eo recedere Verūtam timēſ
nihil loquebatur ei. Cum vero
circa horā veſpertinā ad ciuita
tē perueniſſent ad domū cuiuſ=
dā diuitis acceſſerūt ⁊ hoſpici
um pro dei amore petebāt. Ille
vero ſimpliciter ei negauit Ait
angelus dei. Amore dei ſaltem
tectum domus nobis conceda
tis ne lupi aut male beſtie hic
nos deuorent. Ille ait. Ecce do
mus vbi porci mei iacent ſi pla
cet vobis cum eis iacere pote=
ſtis. ſin autem recedatis quia
alium locum vobis non dabo.
Ait ei angelus. Si aliud non
poteſt fieri: cum porcis veſtris
iacebimus. Et ſic factum eſt.
Mane vero ſurrexerunt. Ange
lus hoſpitem vocauit ⁊ ait. Ka
riſſime do tibi ciphum iſtum ⁊
dedit ei ciphum quem furatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fuerat ab illo ciue. Hemita hoc vidẽs ait intra se. Jam sũ expt9 ꝙ iste ẽ dyabolus. Bonus hõ qui cũ omni deuocõne nos recepit furat9 est ei ciphũ. et dedit isti pessimo q̃ negauit nob hoſpiciũ. Ait angelo. Nolo vobiſcum ampli9 exſpectare ad deũ vos recõmendo. Angelus dixit ei. Audite me et tũc recedite.

Primo qñ eras i hemitario dñs ouiũ paſtorẽ iniuſte occidit ſcias ꝙ paſtor ille ꝓ tũc mortem nõ meruit ſed alias cõmiſit q̃re mori nõ deberet tũc tpis inuentus ẽ ſine pctõ deus ergo pmiſit eũ occidi vt penã poſt mortem euaderet ꝓpt pctm qd alias cõmiſit pro quo nũq̃ penitentiam faceret Latro vero qui euaſit cũ ouib9: penam eternã ſuſtinebit et dñs ouiũ qui paſtorem occidit vitã ſuã emẽdabit p largas elemoſinas et opa miſericordie q̃ ignorãter fecit. Demum filiũ illi9 militis de nocte ſtrangulaui qui nobis bonũ hoſpiciũ dedit. Scias ꝙ ãteq̃ puer ille natus erat miles optim9 elemoſinarius erat. et multa opa mie fecit Sed poſt q̃ natus ẽ puer: factus eſt pc9 cupidus et oĩa colligit vt puer diuitẽ faciat ſic ꝙ erat cã pdicõnis ei9 et iõ puer occidi. Et iã ſicut pri9 miles factus ẽ bonus xpian9. Deinde ciphũ illius ciuis q̃ nos cũ deuotione recepit furatus fui. Scias tu ꝙ anteq̃ ciphus ille erat fabricat9 nõ erat ſobrior eo i tota terra. Sz tãtũ de cipho gaudebat poſt fabricatione ꝙ omni die tm̃ de eo bibebat ꝙ bis aut ter õni die fuit inebriatus et ideo ciphũ abſtuli et fact9 eſt ſobrius ſicut p̃us. Deinde paupem in aquã pieci. Scias ꝙ paup iſte bonus xpian9 fuit. ſed ſi ad dimidiuz miliare ambulaſſz aliũ in pctõ mortali occidiſſz ſed iam ẽ ſaluatus et regnat i celeſti gloria Deinde ciphũ illi9 ciuis dedi illi qui nobis hoſpiciũ negauit. Scias ꝙ nihil in terra fit ſine cauſa. Ipſe nobis conceſſit domũ porcoꝝ. et ideo ciphũ ei dedi et poſt vitã iſtã in iferno regbit Pone ergo ãmodo cuſtodiam ori tuo. vt deo nõ detrahas. Ipſe eni oĩa nouit. Heremita hoc audiẽs cecidit ad pedes angeli et veniã petijt et ad heremitariũ perexit. Et fact9 ẽ bon9 xpian9.

¶ De mirabili diuina diſpẽſacõe et ortu bti gregorij pape.

¶ Capitulũ. lxxxi.

Marcus regnauit prudens valde qui tãtum vnicum filiũm et filiam habebat quos multum dilexit Cũ vero ad ſenectutez peruenifſz

infirmitas grauis cū apprehen
dit. Qui cū vidiſſet ꝙ viuere
non poſſꝫ fecit vocari oēs ſatra
pas imperij ⁊ ait. Kariſſimi: ſci
re debetis ꝙ hodie ſpiritū deo
debeo reddere. non habeo tātū
periculū in anima mea: ſicut de
filia mea ꝙ eā matrimonio nō
tradidi. Et ideo tu fili qui es he
res meꝰ tibi p̄cipio ſub mea be
nedictione vt eam maritari fa
cias tā honorifice ſicut decet ⁊
medio tēpore ſicut teipſū om
ni die eā i honore habeas. Hijs
dictis vertit ſe ad parietē ⁊ ſpi
ritū emiſit. De cuius morte plā
ctus magnꝰ factus eſt in ciui-
tate. ſatis honorifice eū ſepultu
re tradiderunt. Poſt hoc vero fi
lius ſatis prudenter incepit re
gnare ⁊ ſororē ſuam in oī ho-
nore habere. quā miro mō dile
xit intantū ꝙ omni die licet no
biles ſecū eſſent in menſa ī vna
cathedra ex oppoſito eiꝰ ſedebat
⁊ adinuicem comedebant ⁊ in
eadē camera in lectis ſeparatis
iacebāt. Accidit vna nocte ꝙ
temptacō grauis eū accepit ꝙ
ei videbatur ſpiritū emittere ni
ſi cū ſorore ſua libidinē ſuā poſ
ſet implere. de lecto ſurrexit ⁊
ad ſororem ſuam perrexit quā
dormientē inuenit ⁊ excitauit
eam. Illa ſic excitata ait. O do
mine ad quid veniſti iſta hora?

Qui reſpōdit. Niſi tecū dormiā
amitto vitā meā. Que ait. Ab-
ſit a me tale peccatū perpetrare.
Ad memoriā reducite quō pr̄
nr̄ te onerauit ſub ſua bn̄dicti
one an̄ mortē ſuā ꝙ me hr̄es in
oī honore. Si tale peccatū per
petrares offēſionē dei nō euade
res nec hoim̄ ꝯfuſionē. At ille.
Quōcunqꝫ fiat: volūtatē meā
adimplebo. dormiuitqꝫ cū ea.
Hoc fc̄o ad ꝓpū ſtratū redijt
Puella vero amare fleuit ꝯſola
ri nolebat. Imꝑator vero quā
tum potuit ſolaciū ei prebebat
⁊ miro mō magis eam dilexit.
Poſt hoc vero circa dimidium
annū illa in cathedra ſedebat in
mēſa frater eiꝰ eā ītime aſpexit.
⁊ ait. Kariſſima quid tibi eſt?
Iam facies tua eſt mutata in co
lore ⁊ oculi tui in nigredinem
mutātur. At illa. Mirꝫ nō eſt
quia ſū impregnata ⁊ ꝓ ꝯſequēs
ꝯfuſa. Ille hoc audiēs vltra
q̄ꝫ credi poteſt contriſtatꝰ ē fle
uitqꝫ amare ⁊ ait. Pereat dies in
qua natus ſum quid faciā ego
penitꝰ ignoro. Que ait. Domi
ne fac conſilium meum ⁊ poſt
factum non penitebis. Nos nō
ſumus primi qui grauiter deū
offenderunt. Hic prope ē vnus
miles ſenex conſiliariꝰ patris
noſtri. de cuius conſilio pater
noſter ſemꝑ ē opatꝰ. Vocet

ille ⁊ ſub ſigillo ꝯfeſſionis oīa
ei dicemus. ille vero vtile ꝯſiliū
dabit nobis ꝙ ſatiſfaciem⁹ deo
⁊ obprobriū mundanū euade
re poterim⁹. Ait rex. Mihi bn̄
placet ſed primo ſtudeam⁹ deo
reconſiliari. ꝯfeſſi ſūt ambo cor
de puro cū contritione magna
Facta ꝯfeſſione miſerūt pro mi
lite ⁊ totū priuate cū fletu re-
tulerūt At ille. Dn̄e ex quo eſtis
deo reconciliati audite ꝯſilium
meū vt confuſionem mundanā
euadere poſſitis. Pro peccatis ve
ſtris ac patris veſtri terrā ſan-
ctam debetis viſitare ⁊ tali die
oēs ſatrapas regni tui in p̄ntia
tua conuocare. Deinde hec v̄ba
per ordinē dicere Kariſſimi ter
ram ſanctā viſitare volo nullū
heredē preter ſororem vnā ha-
beo ſicut ſcitis cui i abſētia mea
ſicut corpi meo debetis obedire
⁊ poſt hoc mihi coram omnib⁹
dicere ⁊ tibi kariſſime dico ſub
pena vite tue vt ſororis mee cu
ſtodiam habeas ego vero ma-
nucapio tam priuate ⁊ ſecure
cuſtodire ꝙ null⁹ tpe ꝑtus nec
ante nec poſt de caſu veſtro ſci
et niſi tm̄ cū vxore mea q̄ opor
tet miſtrare cū manib⁹ ꝓpriis.
Ait rex. Bonū ē ꝯſiliū oīa adi
plebo q̄ mihi dicitis Statim fecit
oēs ſatrapas cōuocari Et oīa a
principio vſq; ad finē ſicut ſu
perius ē ſcriptū ꝯſilium militis
adimpleuit. Cū omnia v̄ba cō
ſūmaſſ; vale oib⁹ fecit ad terrā
ſanctam perrexit. Miles vero
dominā ſororē regis ad caſtrū
ſuum duxit. Cum autem vxor
militis hoc vidiſſ; domino ſuo
occurrit ⁊ ait. Domine mi reue
rende qualis domina iſta eſt?
Qui ait. Domina noſtra ſoror
regis eſt. Iura michi per deum
omnipotentē ſub pena vite tue
vt quicq̄d tibi dixero oīa ha
bebis in ſecreto. At illa. Domi-
ne preſto ſum. Cū autem iuraſ
ſet ait miles. Domina noſtra ꝑ
dominū noſtrum regem eſt im
pregnata quare tibi precipio
vt nulla creatura miſtret ei. ex-
cepta tua perſona. Ita vt prin
cipium medium ⁊ finis omnia
ſint ſecreta. At illa. Domine ō
nia iſta fidelit' adimplebo. Do
mina ad camerā priuatam eſt
introducta ⁊ ſatis ſplendide ei
miniſtrabitur Cum temp⁹ pa
riendi eſſet filium formoſum pe
perit. Miles cum hoc audiſſet
ait domine. O domina kariſſi-
ma bonum ē ac vtile ſacerdotē
vocari vt puer; baptizet. Que
ait. Deo meo voueo ꝙ ille qui
eſt inter fratrem ⁊ ſororem ge
nitus per me baptiſmū non ha
bebit. Ait miles Scitis q̄ue pec
catū eſt inter vos ⁊ dn̄m meum

cõmiſſum nolite propter hoc
animã pueri occidere. Ait domi
na. Votũ voui qḋ firmiter te
nebo ſed tibi precipio vt doliũ
vacuũ mihi apportes. Qui ait
Preſto ſũ. doliũ ſecũ ad camerã
portari fecit. Illa vero decenter
puerꝝ in cunabulo reclinauit ⁊
in puis tabellis hec que ſequũt
ſcripſit. Kariſſimi ſcire debetis
ꝙ puer iſte non eſt baptiſatꝰ
quia iter fratrẽ ⁊ ſororẽ ẽ geni
tus. Ideo ꝓpter dei amorẽ bap
tiſetur ⁊ ſub capite eiꝰ pondus
theſauri inuenietis cũ quo ipſũ
nutriri faciatis. ad pedes argẽ
ti pondus cũ quo ſtudium ex
erceat. Cũ oĩa iſta erant ſcrip
ta tabellas in cunabulo ſub la
tere pueri ponebat aurꝝ ſub ca
pite. argentũ ad pedes. deinde
cum pãnis ſericis ac deauratis
cunabulum cooperuit. Hoc fa
cto militi precepit vt cunabu-
lum infra doliũ poneret ⁊ in ma
ri proijceret. vt nataret vbicũ
qꝫ deꝰ diſponeret. Miles vero
oĩa adimpleuit. Cum dolium
proiectum in mari fuiſſet: miles
tamdiu iuxta mare ſtetit ꝙdiu
doliũ natare vidꝫ. Hoc facto
ad dominã rediit ſed cũ iuxta
caſtrum ſuum veniſſet: nũciꝰ
regis de terra ſancta ei obuia-
bat ⁊ ait ei. Kariſſime vñ venis?
Qui ait. De terra ſancta venio

Ait ille. Quales rumores ha-
betis? Et ille. Dominus meus
rex mortuꝰ eſt. ⁊ corpꝰ ſuũ ad
vnũ de caſtris ſuis eſt ductum
Miles hoc audiẽs fleuit amarẽ
Vxor eiꝰ ſuperueniens cum de
morte imperatoris audiſſꝫ vltra
ꝙ credi poteſt dolebat. Miles
ſurrexit ⁊ ait vxori ſue. Nolite
flere ne domina noſtra percipi-
at. Nihil ei dicemꝰ quouſqꝫ a
puerperio reſurgat. Miles pꝰ
hos ſermones ad dominã intra
uit. Vxor eiꝰ ſequebatur eum.
Cũ domina eos reſpexiſſꝫ ⁊ eos
deſolatos perpendit: ait. Kmĩ
ꝓpter quã cauſã eſtis triſtes?
At illi Domina nõ ſumꝰ triſtes
ſed potiꝰ gaudẽtes. quia libera
ta eſtis a graui periculo in quo
fuiſtis. At illa. Ita nõ eſt. indi
cate mihi nolite aliquid celarẽ
a me ſiue bonũ ſiue malũ. Ait
miles. Quidã nũciꝰ de terra ſã
cta venit de domino noſtro rege
fratre veſtro q̃ narrat rumores
Que ait. Vocet nũciꝰ. Qui cũ
veniſſꝫ ait ei dña. Quo ẽ de dño
meo? Qui rñdit. Dñs veſter
mortuꝰ eſt. ⁊ eius corpꝰ de ter
ra ſancta tranſlatum eſt ad ca
ſtrum ſuũ vt cum patre veſtro
ſepelietur. Domina cũ hoc au-
diſſet ad terram cecidit. Miles
vidẽs dolorem domine in terrã
iacuit. Vxor militis cum eis ac

nūcius. Omnes iſti per magnū
ſpacium iacebāt ⁊ i eis pre ma
gno dolore non eſt vox neqꝫ ſe
ſus. Dn̄a vero poſt magnū ſpa
cium ſurrexit. crines capitis tra
xit. faciē vſqꝫ ad ſanguinis effu
ſionem dilacerauit ⁊ alta voce
clamauit. Heu mihi. pereat di
es in qua concepta erā. Nox il
la nō numeretur i qua ſū nata
Quantas habeo iniq̄tates? ac̄
In me ſūt completa. Perijt ſp̄s
mea. fortitudo mea. frater meꝰ
vnicꝰ. dimidiū aīe mee. q̄d fa-
ciam ego de cetero p̄mitꝰ igno
ro? Surrexit miles ⁊ ait. O do
mina k̄ma audite me. Si ꝓpt̄
dolorē teipſā necaueris: totū re
gnū peribit. Tu ſola es dereli-
cta ⁊ iure hereditario regnū ti
bi debetur. Si ergo teipſā occi
deris regnū ad extraneos ꝯuo
labit. Surgamꝰ ergo ⁊ ad lo
cum vbi corpꝰ iacet accedamꝰ
⁊ honorifice eū ſepeliemus. De
inde ſtudeamꝰ q̄uo imperiū re-
gere debemus. Illa vero ex v̄bis
militis ꝯfortata ſurrexit. ⁊ cum
honeſta comitiua ad caſtꝝ fra
tris ſui acceſſit Cū autē intraſſꝫ
corpꝰ regis ſup feretꝝ inuenit.
ſuper corpꝰ cecidit. A plāta pe-
dis vſqꝫ ad verticē oſculata eſt
eum. Milites videntes nimiū do
lorē in ipſa: de funere dn̄am re-
traxerūt. ⁊ in camerā introduxe
rūt ⁊ corpꝰ ſatis honorifice ſe-
pulture tradiderūt. Poſt hoc
quidā dux burgundie ſolēnes
nūcios ad eā miſit vt ei in vxo
rē ꝯſentiret. Illa vero ſtatī reſpō
dit. Quādiu vixero virꝝ nō ha
bebo. Nūcij hec audētes: volun
tatē eius dn̄o nūciabant. Dux
hec audiens indignatus ē ꝯtra
eam ⁊ ait. Si eam habuiſſem:
rex illius regni fuiſſem ſed ex q̊
me vilipendebat: de regno ſuo
parum gaudebit. Exercitum
collegit regnum intrauit ꝯbu
rebat ⁊ occidit ⁊ infinita mala
ꝑpetrabat ⁊ victoriam in omni
bello obtinuit. Domina ad q̄n
dam ciuitatem bene muratam
fugam petijt In qua erat caſtꝝ
fortiſſimum ⁊ in ea per multos
annos permanſit. Iam ad pu
erum proiectum in mari redea-
mꝰ. Dolium cū puero ꝑ multa
regna trāſijt quouſqꝫ iuxta ce-
nobium monachorū ꝑuenit ⁊
hoc feria ſexta. Eodem die ab-
bas illius monaſterij ad litus
maris perrexit ⁊ piſcatoribus
ſuis ait. Kariſſimi: eſtote ꝑati
ad piſcandum. Illi vero retia
ſua parabant. dum vero pre-
pararent: doliū cū fluctibꝰ ma
ris ad terrā ꝑuenit. Ait abbas
ſeruis ſuis. Ecce dolium aꝑiatiſ
⁊ videatis quid ibi lateat. Illi
vero dolium aperuerunt ⁊ ecce

puer paruus pãnis precioſis i
uolutꝰ abbatẽ reſpexit ⁊ riſit.
Abbas vero totaliter de viſu
contriſtatꝰ ait. O deꝰ meꝰ quid
eſt hoc ꝙ inuenimꝰ puerꝫ in cu
nabulo? Proprijs manibus eũ
leuauit tabellas ſub latere eiuſ
inuenit quas mater ibidẽ poſu
it ⁊ legit ꝙ puer ille inter fra=
trem ⁊ ſororẽ eſſet genitꝰ nec
baptiſatꝰ ſed propter dei amo
rem vt ſacramentũ baptiſmi ei
daretur. Deinde cũ auro quod
ad caput eius inueniretur nu=
triretur ⁊ ad pedes argentũ per
qđ ſtudiũ exerceret. Abbas
cũ hec legiſſet ⁊ cunabulũ pan
nis precioſis ornatum vidiſſꝫ:
intellexit ꝙ puer de nobili ſan
guine eſſet. ſtatim eum bapti=
ſari fecit ⁊ ei propriũ nomẽ im
poſuit ſcilicet gregoriꝰ ⁊ pue=
rum ad nutriendũ vni piſcato
ri tradidit. danſqꝫ ei pondus
quod inuenit. Puer vero creſce
bat ⁊ ab oĩbus ẽ dilectꝰ quouſ
qꝫ ſeptẽ annos in etate cõple=
uiſſet. Abbas ſtatĩ ad ſtudiũ
eũ ordinauit. In quo miro mõ
profecit ita ꝙ oẽs monachi ce
nobij tãꝗ̃ ſuũ monachũ dilex
erũt. Puer vero infra pauca tẽ
pora oẽs in ſcientia tranſcendit
Accidit quodã die vt cũ filiuſ
piſcatoris cũ pila quadam lu=
deret ⁊ dictum piſcatorem pa
trẽ ſuũ eẽ credidit. A caſu filiũ
piſcatoris cum pila leſit Ille ſic
percuſſus amare fleuit domi per
rexit. ⁊ matri conqueſtꝰ eſt di
cens. Gregoriꝰ frater meus me
percuſſit. Mater hec audiens
foras exiuit. ⁊ dure arguebat
eum dicens. O gregori qua au
dacia filium meũ percuſſiſti: cũ
tamen qualis es ⁊ vnde igno
ramus? Ait ille. O mater dul=
ciſſima. nõne filius tuꝰ ſũ ego:
quare talia mihi improperas?
Que ait. Filius meus non es ⁊
vnde ſis ignoro Sed vnũ ſcio
ꝙ in quodã dolio inuentus fu=
iſti. Abbas te mihi ad nutrien
dũ dedit. Ille cũ hoc audiſſꝫ fle
uit amare. Ad abbatẽ perrexit
⁊ ait. O domine mi diu vobiſcũ
ſteti. credebã me filiũ piſcato=
ris fuiſſe cũ tamen non ſim. Et
ideo parẽtes meos ignoro Si
placet me ad miliciã ꝓmoue=
as. quia h̄ ãplius non mane=
bo. Ait abbas. O fili noli talia
cogitaẽ. Oẽs monachi i domo
exiſtẽtes miro mõ te diligũt. in
tm̃: ꝙ poſt deceſſum meũ i abba
tem te ꝓmouebũt. Ait ille. Do
mine ſine dubio nõ expectabo
donec ad parẽtes meos puene
ro. Abbas hec audiens ad the
ſaurum ſuum acceſſit ⁊ tabel
las quas in cunabulo ſuo inue
nit ei oſtendit dicens. Nũc fili

lege interius ⁊ q̄ualis es clare
inuenies. Cū vero legiſſ; q̄ int᷑
fratrem ⁊ ſororē eſſ; genitꝰ ad
terrā cecidit ⁊ ait. Heu mihi q̄
les parētes habeo? Ad terram
ſanctā pergā ⁊ pro pctis parē
tum pugnabo ⁊ ibi vitā finiam
Peto ergo dn̄e inſtāter. vt me
ad miliciā promoueas q̄d ⁊ fe
cit Cū autem licenciā de receſſu
recepit factꝰ ē planctꝰ magnꝰ
in cenobio. dolor in ppl̄o. ⁊ i cir
cuitu lamētatio. Ad mare ſe trā
ſtulit ⁊ cōuenit cū nautis vt eū
ad terrā ſanctā ducerent. Cum
vero nauigaſſent ventꝰ erat eis
oppoſitus ⁊ ſubito ducti ſunt
ad eandā ciuitatē in qua erat
mater eiꝰ i caſtro. Qualis erat
ciuitas aut quod regnū penitꝰ
naute ignorabāt. Cum aūt ci-
uitatē miles intraſſ;. q̄dā ciuis
ei occurrebat. ⁊ ait ei. Dn̄e quo
tenditis? Et ille. Hoſpiciū que
ro. Ciuis vero ad domū ſuam
eū cum tota familia ſua duxit ⁊
ſplendide eis miniſtrauit Cū ve
ro in menſa ſederent. dominꝰ gre
goriꝰ hoſpiti dixit. Dn̄e: qualis
eſt ciuitas iſta ⁊ q̄s dn̄s iſtius
terre? At ille. Kariſſime vnum
virū valentē imperatorē habui-
mus q̄ mortuus eſt in terra ſcā
qui nullū heredē preter ſuā ſo-
rorē poſt ſe reliquit. Quidam
dux eā in vxorē petijt que nullo

mō copulari intēdit Ille ex hoc
indignatꝰ totū regnū iſtud ex
cepta ciuitate iſta manu forti
acquiſiuit. Ait miles Nūquid
ſecretū cordis mei potero ſecure
pp̄alare? At ille. Dn̄e eciā cum
omni ſecuritate. Qui ait. Mi-
les ſum p gladiū. ſi placet die
craſtina ad palaciū pergas et
cum ſeneſcallo ſermonē de me
facias q̄ ſi ſallariū mihi dederit
pro iuſticia dn̄e: iſto āno puḡ
bo. Ait ciuis. Non dubito dn̄e
quin de aduētu tuo gaudebit
toto corde. Die craſtina ad pa
laciū pergā ⁊ finē huius rei fa-
ciam. Mane ſurrexit ad ſene-
ſcallū perrexit ⁊ de aduentu eius
intimauit. Ille nō modicū gau
dens p dn̄o gregorio nūcium
deſtinauit. Cū eū vidiſſ;: dn̄e ē
preſentatꝰ ⁊ multū ꝯmendatꝰ
Que cum vidiſſ; intime eum re
ſpexit ſed q̄ erat filius eiꝰ penitꝰ
ignorabat ipſa eū ſubmerſum
a multis annis credidit. Se-
neſcallus in preſentia dn̄e eum
conduxit vt p integrū ānum ei
miniſtraret. Die craſtina ad bel
lum ſe parauit adeſt dux in cā-
po cū exercitu magno. dn̄s gre
gorius bellum aggreditur. oēs
penetrauit quouſq; ad ducem
peruenit quem i eodem loco oc
cidit ⁊ caput eius amputauit.
⁊ victoriam obtinuit. Miles

vero poſt hoc de die in diē profi
ciebat. fama eiꝰ vndiqꝫ circui-
bat ſic ꝙ anteq̄ ānus fuiſſꝫ cō
pletus totū regnū a manibus
inimicoꝝ acquiſiuit. Deinde
ad ſeneſcallū venit ⁊ ait. K̄me
vobis conſtat in quo ſtatu vos
inueni ⁊ ad quē ſtatū duxi. Ro
go ergo trade mihi ſallariū qꝛ
tendo pergere ad aliud regnū
Ait ſeneſcallꝰ. Domine plꝰ me
ruiſti q̄ ex cōuencōne tenemur
tibi. Ideo ad dominā noſtrā per
gā vt de ſtatu ac mercede finꝫ
faciā. Cū autē ad dominā venis
ſet ait. O domina kariſſima di
cam vobis aliqua verba profi
cua. Ex defectu capitis oīa ma-
la ſuſtinuimꝰ ideo bonū eſt vi
rum accipere per quē poterimꝰ
de cetero ſecuri eſſe. Regnū ve
ſtrū in diuitijs habundat. Et
ideo viꝝ propter diuitias reci
pere non conſulo. Vnde igno
ro vbi melius ad honorem ve
ſtrum ⁊ cōmodū totius popu-
li poteritis viꝝ accipere q̄ do-
minū gregoriū. Illa vero ſole
bat ſemper reſpōdere voueo deo
ꝙ nūq̄ copulabor viro. Sed
ad verbū ſeneſcalli diem delibe
rationis conſtituit ad reſpondē
dū. Adeſt vero dies cunctis au
dientibꝰ domina dixit. Exquo
dominꝰ gregoriꝰ valide nos ⁊
regnum noſtrum de manibus
inimicoꝝ liberauit cū in viꝝ ac
cipiam. Hec audientes gauiſi
ſunt valde. Diē nuptiaꝝ conſti
tuit. Ambo cū magno iubilo ⁊
conſenſu totiꝰ imperij in matri-
monio ſūt coniūcti filius cum
matre propria. Sed quales eſ
ſent vterqꝫ ignorabat. Facta
eſt inter eos dilectio mag̃. Ac
cidit quadā die. ꝙ dominꝰ gre
goriꝰ ad venādū perrexit. Ait
quedā ancilla domine. O domi
na kariſſima nūquid dominꝫ
noſtrū regē in aliquo offendi
ſtis? Que ait. In nullo. Credo
ꝙ in mūdo nō inueniuntur duo
adinuicē ligati in matrimonio
qui tantum ſe diligūt mutuo ſi
cut dominꝰ ⁊ ego. Sed dic m̄
cariſſima quare protuliſti talia
verba? At illa. Omni die quan
do ponitur mēſa dominꝰ noſter
rex illā camerā priuatā intrat le
tus ſed cū exierit lamentacōes
ac fletꝰ emittit. Deinde faciē la
uat. Sed quare hoc fit penitus
ignoro. Domina cum hoc au-
diſſꝫ cameram illā ſola intrauit
de foramine in foramen intime
reſpexit donec ad illud foramē
venit in quo tabelle erant quas
ſingulis diebus ſolebat legere
quomodo inter fratrem ⁊ ſoro
rem genitus eſſet. tunc amare
fleuit. Ille enim erant tabelle q̄
in cunabulo ſuo erant inuente

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dñа vero cum tabellas inueniſ
ſet ſtatī noticiā illaꝝ habebat·
Aperuit: ſcripturā legit de manū
ꝓpria· Intra ſe cogitabat· Nun
q̄d homo iſte ad tabellas veniſſꝫ
niſi filius me⁹ eſſꝫ· incepit alta
voce clamare ac dicere· Heu m̄
ꝙ ſum nata ac in mundo edita
vtinā in die ↄ̄ceptōis mee ma
ter mea fuiſſꝫ extincta· Cū eſſet
in aula clamor· Audientes mi
lites dñe: ad dñam cucurrerūt
cum ceteris· ⁊ illam iacentē in
terra inuenerūt· ⁊ ꝑ longū tem
pus circa eā ſteterūt anteq̄ꝫ v=
ba ab ea hr̄e potuerūt· Deinde
os aperuit ⁊ ait. Si diligitis vi
tam meā ſtatim dñm meū que
rite· Milites hec audiētes ſta=
tim equos aſcenderūt ⁊ ad ipa
torem equitabant· ⁊ ei dixerūt
dñe regina in periculo mortis
iacet· Ille hoc audiens luſū di=
miſit ⁊ ad caſtꝝ ꝑrexit· Came
ram in qua dña iacuit intrauit
dña cum illū vidiſſꝫ ait· O dñe
omnes exeant ꝑter vos vt nul
lus audiat que vobis dixero·
Cū autem omnes eſſent expul
ſi ait dña· O cariſſime de q̄ ꝓge
nie es tu dicite m̄· Qui ait· Iſta
eſt mirabil' q̄ſtio· ſcias ſine du
bio ꝙ de longinq̄ terra ſū ego
Et illa· Deo voueo ꝙ niſi dixeis
mihi veritatē me cito morientē
videbis· Qui ait· Et ego dico

tibi ꝙ pauperā nihil hn̄s pret'
arma mea cū quibus vos ⁊ to
tum regnū a ſeruitute liberaui·
At illa· Dic mihi mō de qua ter
ra es oriund⁹ ⁊ qui erāt paren
tes tui ⁊ niſi mihi veritatē dixe
ris nūq̄ꝫ cibū guſtabo· Et ille
Vobis de veritate fatear· Qui
dam abbas ab infantia me nu
triuit ⁊ mihi ſepius dixit ꝙ in
quodā dolio me inuenit īfra cu
nabulum ⁊ ab illo tp̄e vſqꝫ in
pn̄s me nutriuit quouſqꝫ ad ꝑ
tes iſtas veni· Dña cum hec au
diſſet tabellas ei oſtēdit ⁊ ait·
nūq̄d iſtas tabellas noſti· Ille
cum tabellas vidiſſꝫ ad terram
cecidit· Illa verō ait· O fili dul=
ciſſime tu es filius meus vnic⁹
tu es maritus meus ⁊ dominus
meus tu es filius fratris mei ⁊
meus· O fili dulciſſime in dolio
cum iſtis tabellis poſui te poſt
q̄ꝫ peperi te Heu mihi quare de
vulua eduxiſti me domine de⁹
meus quia tot mala ſunt per
me perpetrata· Fratrem meum
propriū cognoui ⁊ te ex me ge
nui vtinam ↄ̄ſumpta eſſem ne
ocul⁹ me videret ⁊ fuiſſem q̄ſi
nō eſſem de vtero trāſlatus ad
tumulū· Ad muꝝ caput ꝑcuſ=
ſit· ⁊ ait· O dñe deus meus ecce
filius meus· maritus meus ⁊ fi
lius fratris mei Ait domin⁹ gre
gorius· Credebam me euaſiſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

periculū ⁊ iam in retibꝫ dyaboli
cecidi dimitte me dn̄e vt plan
gā miſeriā meā. Ve m̄ ve. Ecce
mr̄ mea amica mea vxor mea.
Ecce ſīr. dyabolꝰ concluſit me.
Mater cū in filio tantū dolorē
vidiſſꝫ ait O fili dulciſſime pro
peccatis noſtriſ peregrinabo to
to tēpore vite mee. Tu vero re
gnū gubernabis. Qui ait. Nō
fiet ita in regno mater exſpecta
bis ego vero peregrinabor do=
nec a deo peccata noſtra ſint di
miſſa. De nocte ſurrexit lanceā
ſuā fregit veſtimentis ſe induit
peregrini: matri valefecit ⁊ nu
dis pedibꝰ ābulauit quouſqꝫ
aliquā rē hūi verecūdia duct⁹
terrā iſtā intraui vt ſi aliqd re
mediū obtinerē ⁊ ideo dixi q ho
minē interfeciſſem q libentius
mori vellē q̄ viuere ⁊ adhuc
propt' deū peto vt me occidas
Ait iudex ſcdo militi de baldac.
Et tu kme q̄re dixiſti q hoiem
occidiſti? Qui rn̄dit. Dn̄e mi-
les iſte mihi vxorē cū infinitis
diuitijs dedit quā p ſeipſo nu
triuit p quē fact⁹ ſū diues in oi
bus. Cū vero ſociū meū tā car-
q̄ me ad tot ⁊ tāta pmouit vi
di ad patibulum duci alta voce
clamaui. Ego ſū re⁹ mortis ei⁹
⁊ nō ipſe q libent' p amore ei⁹
vellē mori. Ait iudex interfecto
ri. Ob quā cām dixiſti hoiē; in-
terficē? Qui ait. Dn̄e ver dixi
graue pcm̄ fuiſſ; ſi innocētes
mori pmiſiſſem ⁊ ego viuerē ⁊
ideo poti⁹ elegi veritate; dicē ⁊
penā hic ſuſtinere q̄ innocētes
ſine culpa dampnari ⁊ ego in in
fernum vel alibi puniri. Ait iu-
dex. Quia veritatem dixiſti ⁊ in
nocentes ſaluaſti: ā modo ſtu-
deas vitam tuā emendare ⁊ mor
tem tibi remitto. vade in pace.
Omnes audientes iudiciū: iu
dicē laudabant q tā pie dedit
iudiciū eo q veritatem dicebat
Kariſſimi: impator iſte eſt
pat' celeſtis duo milites
dominꝰ noſter ihs xps ⁊ adā
primus pater ihs xps in egip
to manēs iuxta illd. Ex egipto
vocaui filiū meum. Adam pri-
mus pater in agro damaſceno
plaſmatus eſt. Inter iſtos erat
maxima amicicia ⁊ nūcios int'
eos miſerunt quando pater ad
filiū ⁊ ſpiritū ſanctum loque-
batur dicens. Faciam⁹ hominē
ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē no
ſtram. poſtea miles ad baldac
ſc; adā in paradiſū trāſlat⁹ i do
mo dni nri ihu xpi. In domo il
la vidit quādā pulchrā ſc; aīa;
quā appetiuit quā de⁹ ei dedit cū
infinitis diuitijs ⁊ dnm mūdi
eū ɔſtituit iux illd ps. Oia ſub
iecīſti ⁊c. In mūdū iſtū cū vxo
re preuit. Poſt hec miles ſc; dn̄s
nr ihs xps fact⁹ ē egen⁹ ⁊ pau
per iux illd Vulpes foueas hn̄t
⁊ volucres celi nidos. fili⁹ aūt ho
minis: n̄ h; vbi caput ſuū recli
net venit i mūdū iſtū in quo pu
gnabāt ſc; caro ⁊ ſpūs Xp̄s tē
plū intrauit ſcilicet vterum be
ate virginis iuxta illd. Templū
dei ſcm̄ eſt qd eſtis vos. Vn'

aliū occidit ſcꝫ caro ſpm̄. Cla=
mor factꝰ eſt in celo ⁊ ĩ terra de
interfectione ſpūs qn̄ adā pec
cauit. Multi ſequebant̄ hoc ē
iudei cū fuſtibus ⁊ laternis ⁊
gladijs eū querebāt. Ille vero
ſicut miles rn̄dit ꝑ pc̄tō alte=
rius. Dimittite illos ego ſū ſimĩ
te illos abire ſtatī ipſe ſe obtu
lit mori pro genere humano
in cruce. Per ſecundū militem
qui ꝑ ſocio ſuo obtulit ſe mori
debem̄ꝰ itelligere apl'os qui ꝑ
xp̄i nomine ac veritate mortui
ſunt. Per tercīū q̄ dicebat ego
ſum reꝰ ⁊c̄. peccatorē debemꝰ ĩ
telligere qui nudam veritatem
in ꝯfeſſione debet dicē. Ego ſū
qui peccaui qui male egi ego
iniq̄tatem feci ⁊ ſi ſic feceritis ſi
ne dubio iudex in die iudicij ſe
tentiā ꝯtra vos mutabit ita ꝙ
vitā eternā obtīebitiſ. Ad. ⁊c̄.

De ꝯſtantia fidelis aīe.

Capitulū. C.lxxij.

Q Vidā rex erat ĩ āglia
in cuiꝰ regno duo mi=
lites erāt vnꝰ guido vo
cabatur. alter tyriꝰ guido plu
rima bella cōmiſit ⁊ in oī bello
victoriā obtinuit quandā pu
ellā pulcrā generoſam: nimis
dilexit tn̄ eam in vxorē nō pote
rat obtinē quouſqꝫ ardua bel
la temptaſſꝫ pro eiꝰ amore de=
inde ĩ quodā bello ſpāli eā ob
tinuit ⁊ cū magno honore illā
deſponſauit. Tercia nocte pꝰ
gallicantū de lecto ſurrexit inti
me firmamentū vidit in q̊ cla
re dn̄m noſtꝝ ih̄m xp̄um inter
ſtellas reſpexit ei dicētē. Guido
guido ſicut bella ſepiꝰ ꝯmiſiſti
pro amore vniꝰ puelle: tempꝰ
eſt vt ꝑ meo amore āmō ſtu=
deas viriliter ꝯtra inimicos me
os pugnare. His dictis eua=
nuit ih̄s xp̄s. Ille intellexit ꝙ
voluntas dei eſſꝫ vt ad terram
ſanctā ꝑgeret ⁊ xp̄m de infideli
bus vindicaret. Ait vxori ſue
Credo ꝙ iam a me concepiſti
infantem: nūtrias quouſqꝫ ve
nero qꝛ ad terrā ſanctā ꝑgere
volo. Illa hec audiēs q̄ſi furi=
bunda de lecto ſurrexit pugio
nē ad caput lecti accepit ⁊ di
xit. O dn̄e mi: ſp te dilexi ⁊ tm̄
pro tuo amore exſpectaui q̊uſ
qꝫ fuero tibi ĩ mr̄imonio copu
lata vt omitteres mlta bella vt
ꝑ totū mūdū fama tua eſſꝫ di=
uulgata iā cōcepi ⁊ mō veliſ a
me ſeparis. Priꝰ meipſā cū iſta
pugione volo occidē. Ille ſur=
rexit ⁊ pugionē ex manibꝰ eiꝰ
accepit ⁊ ait. Kma paueo ver
ba. votū deo feci terrā ſcām viſi
tare iam eſt tēpus acceptabile
votum meum implere ꝙ in ſe=
nectute ſuſtineas quia deo vo
lente cito redibo. Illa de verbis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius confortata anulū ei tradi
dit ⁊ ait. Accipe iſtū anulū ⁊ q̊
tiens illū reſpexeris in pegrina=
cōe tua memoriā mei habebis
⁊ ego vſq3 ad reditū tuū patiē
ter ſuſtineam. Miles vale fecit
ei. militē tyriū cū eo accepit. Il
la vero multis diebꝰ plāxit nec
conſolari poterat. Cum tps ad
uenit filiū pulcherrimū pepit ⁊
eū tenerrime nutriuit. Guido ⁊
tyriꝰ multa regna tranſierūt ⁊
plurima bella ꝑ xp̄i amore cō=
miſerūt tandē regnū dacie p in
fideles erat deſtructū. ait guido
ſocio ſuo. Kme ad illud regnū
pgē dēs ⁊ regē ɔtra infideles to
tis viribꝰ iuuar̄ qꝛ xpianꝰ ē: ego
vero terrā ſanctā intrabo ⁊ ɔtra
xp̄i inimicos pugnabo ⁊ per te
redibo ⁊ ſic angliā intrabimus
cum gaudio. Ait tyriꝰ. Quid
tibi placz: ⁊ mihi. Regnū illud
intrabo ⁊ ſi viuus fueris per me
redeas vt ad patriā noſtrā itra
re poterimꝰ. At ille. Fidelit̄ tibi
promitto. oſculati ſūt inuicem
⁊ in ſepacōe amaē flebāt. Gui
do terrā ſanctā intrauit ⁊ tyriꝰ
daciā. Guido plurima bella cō
tra ſaracenos ⁊ paganos com
miſit ⁊ in oī bello victoriā ob
tinuit. Vn̄ fama eiꝰ p totū mū
dū volabat. Tyrius vero ſimi
lit̄ omnes īfideles de regno da
cie expulit multa bella cōmiſit
⁊ victoriam ipſe obtinuit. Rex
vero eum ſuper omnes dilexit ⁊
honorauit ⁊ ab omni populo ē
intantum dilectꝰ qꝛ rex eum di
tauit. Erat tunc in regno qui=
dam tyrānus ſtrēnuꝰ valde no
mine plebeus qui tyrio inuide=
bat qꝛ tam ſubito ad diuitias ⁊
honores promotꝰ eſſet eum de
proditione apud regem accu
ſauit qꝛ regem de regno ꝑuare
intendebat. Rex vero dictis eiꝰ
credens qꝛ potens ac ſtrēnuus
eſſet tyrium omni honore ⁊ di
uitijs priuauit ita qꝛ tyriuſ ad
magnam egeſtatem peruenit
intantum qꝛ vix ſuſtētationem
habebat. Tyrius vero multū
dolebat qm̄ ſolus eſt derelictꝰ
⁊ in paupertate poſitus fleuit
amare ⁊ ait. Heu michi quid
faciam ego? Dum ſemel triſtis
p̄rerit ſolꝰ ſpaciando guido in
forma peregrini ei obuiabat.
Quem cū tyrius vidiſſ3: notici
am eius nō hēbat ſed guido eū
ſtatim agnouit ſ3 ei qualis erat
reuelare nolebat ⁊ dixit. Kme
vnde es? Qui ait. De partibus
longinquis ſum ego. ſed mo=
ram per plures annos in iſto re
gno traxi quendam ſocium ha
bebam qui terram ſanctam in=
trauit ſed ſi viuus vel mortu=
us. aut alit̄ quocumq3 mō ſecū
fuerit: penitꝰ ī mea nō eſt noticia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ait guido Ob amoreꝫ ſocij tui
me i gremio tuo pmittas quieſcē
vt paꝝ dormiam quia ex itinere laſ
ſus ſum Jlle vero annuit· Cū guido
in gremio ſuo dormiret: tyrius
vidit os eius aptum et vnam
muſtelā candidam exire et ad
quendam montē iuxta eū itra
re· Cū vero ibidem per aliquot
ſpaciū morā traxiſſet rediit et in
os eius reintrauit· hoc facto:
guido eſt expgefactus a ſono
et ait ei· Kariſſime vidi ſomniū
mirabile mihi videbatur quod vna
muſtela de me exijt et in illo
monte intrauit et iterato in os
meū intrauit· Ait tyrius· Kme
ſicut in viſione vidiſti ita ocu
lis meis reſpexi ſed quid muſte
la in iſto monte fecerat penitus
ignoro· Qui ait· Montē ambo
intrabimus quia forte aliquid vti
le inueniemus Montē intrabāt
et ecce draconē mortuū inuene
runt ventrem eius auro plenum
cum gladio polito ſup gladiū
erat ſupſcriptio talis· Per gla
diū iſtum miles guido deuincet
tyrij aduerſariū Guido cū iſtū
draconem inueniſſet ē valde ga
uiſus et ait tyrio· Kariſſime to
tum theſauꝝ tibi do ſed gladi
um iuxta me habere volo· Ait
tyrius· o dñe apud te non me
rui vt mihi tale donū dares· Et
ille· Eleua oculos tuos et vide·

Ego ſum guido ſocius tuus Jlle
vero hoc audiens: intime eū re
ſpexit ſtatī noticiam eius habe
bat ad terram pre gaudio ceci
dit et amare fleuit et dixit Suf
ficit mihi de cetero viuere ex quo
ſemel vidi te· Et ille· Surge ve
lociter potius de aduentu meo
gaudere debes quam flere· pro te
pugnabo contra tuū aduerſa
riū et ambo in angliā cū bono
re pgemus ſed videas ante oīa
vt nemini qualis ego ſim dicas·
Surrexit tyrius ſup collū eius
cecidit et oſculatus eſt eū· Ty
rius vero ad domū ſuam cum
auro perexit· Guido vero ad pa
laciū regis ad ianuam pulſa
bat· Janitor vero cām pulſatio
nis queſiuit· At ille· Ego ſū pe
regrinus qui nouiter a terra ſā
cta veni· ſtatim introitum ei de
dit et regi eſt preſentatus· iux
latus regis tyrānus ille ſedebat
qui tyriū diuitijs ac honore p
uauit· Ait rex Qualis pax eſt
in terra ſācta? Et ille· dñe mō
eſt pax bona multi ad xpianī
tatem conuerſi ſunt· Qui ait·
Vidiſti illum militē de anglia
guidonem qui tot bella ibidem
fecerat? Qui ait· dñe ſepius eū
vidi et cum eo comedi· Et ille·
Nunquid ē tibi mētio de regibus
xpianorum? Ait· Etiā domine de
pſona tua quō ſaraceni ac ceteri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infideles regnū tuū p multa tē
pora occupauerūt ⁊ p quendā
militē noīe plebeū ab illo omī
honore ⁊ diuitijs illū nobilem
militē priuaſtis ⁊ hoc iuſte de
vobis iſta ibidem dicitur. Ple
beus cū hoc audiſſ; ait. Tu fal
ſe pegrīne q̄ iſta mendatia nar
ras nūc dign⁹ eſſes eū defendē
quia ſi ſic ɔtra te pugnarē qꝛ
tprius ille priuare dn̄m noſtꝝ
regē volebat a regno. Ait gui
do regi. Dn̄e mi ex quo ille dicit
me famulū pegrinū eſſe ⁊ tpriū
militē ꝓditorē de veſtro bn̄pla
cito ɔtra eū pugnabo ⁊ eum fa
mulū ſup corp⁹ meum ꝓbabo.
Ait rex. Mibi bn̄ placet ꝟmo
te rogo vt a ꝓpoſito non deſi-
ſtas. Qui ait. Dn̄e arma mibi
concedas. Ait rex. Quicquid i
digēs patū inuenies rex diē bel
li inter eos ɔſtituit. Rex timens
ne pegrin⁹ guido p inſidias in
terim occideretur vocauit filiā
ſuā virginem ⁊ ait ei. O filia ſi
cut vitā tuā diligis pegrinum
iſtum diligenter cuſtodias et
omnia neceſſaria inuenies. Illa
peregrinum in camerā ſuā intro
duxit balneari fecit ⁊ eū ad li-
bitū ſuum habebat. Adeſt dies
belli. Mane plebe⁹ armatus in
porta ſtabat ⁊ clamabat. Vbi
eſt falſus ille pegrinus: q̄re tm̄
tardat? Ille hec audiens arma
uit ſe ambo ad campum perrexe
runt duos ictus adinuicem fe
cerūt intm̄ duros: qꝫ plebeus ſe
re ſpiritū emiſit niſi poculū gu
ſtaſſ; ⁊ ait. O bone pegrine me
permittas ſemel aquā haurire.
At ille. Si mibi fideliter ꝓmit
tas hanc curialitatem mecum
agere ſi neceſſitas requirit tibi
concedo. Qui ait. Et ego tibi fi
delit᷑ ꝓmitto. Ille vero ad aquā
acceſſit bibit quouſq; ſatura-
tus eſſ; ſtatim cum toto cona-
mine i guidonem irruit adinui
cem ambo viriliter pugnabāt
intantū qꝫ guido modo ſitiebat
⁊ ait. Kariſſime eandem curia
litatem quā tibi oſtēdi: iam m̄
concedite qꝛ vltra q̄ꝫ credi pōt
ſitio. At ille. Deo voueo qꝫ non
guſtab᷑ niſi in manu forti. Gui
do hec audiens ſe defendebat in
quantum potuit ad aquā ap-
propinquit ⁊ cum ꝓpe fuiſſ; in
aquā ſaltauit ⁊ hauſit quātū
volebat deinde aquam exijt ⁊ ſi
cut leo rugiens ī eū irruit aliuſ
qꝫ fugam petijt. Rex hoc vidēs
fecit eos abinuicem ſeparī ⁊ illa
nocte quieſceret vt die craſtina
ad bellum parati eſſent. Pere-
grinus cameram filie regis in-
trauit. Illa vero omne ſolaciū
ei prebuit. Vulnera eius liga
uit. Cena facta in lecto ligneo
firmiſſimo cum requieſcere fecit.

ille vero ex bello fatigatus ince
pit dormire. Plebeus .vij. ſtren
nuos filios habebat vocauit eos
et ait. K̄mi vos eſtis filij mei vo
bis denūcio niſi ille peregrinꝰ
extinctus iſta nocta fuerit: die
craſtina inter mortuos cōpu-
tabor fortiorē eo nunq̄ vidi.
At illi. Pater nocte iſta erit ex
peditꝰ. Circa mediā noctē om
nibꝰ dormientibꝰ cameram pu
elle intrabāt que erat iuxta ma
re cōſtructa ita ꝙ aquā maris
ſub camera fluebat. Inter ſe di
xerūt. Si eū i lecto occiderimꝰ
filij mortis ſumꝰ. Oīs eū cum
toto lecto in mari ꝓijciemus et
tunc penitꝰ a ꝓplo dicet' ꝙ fu-
gā recepit et illū dormientē rece
perūt et in mari ꝓiecerūt. Ille ve
ro dormiebat et nihil percepit.
Nocte illa erat quidam piſca
tor ſupra mare cū ſonitū lecti
audiſſ; p lumē lune lectū reſpe
xit admirabatur alta voce cla
mabat. Dic mihi propt' deum
qualis es vt potero te iuuare
anteq̄ ſubmerſus fueris. Guido
audiēs clamorē: a ſomno ē ex
pergefactus ſtellaſq; in firma
mēto vidēs admirabat' vbi eſſ;
et cū ſe in aqua ꝑcepiſſ; ad piſ-
catorē clamabat. O kme ad-
iuua me et dabo tibi mercedem
ꝙ ego ſū ꝑegrinꝰ ille qui heri
in cāpo pugnabat ſ; quō huc ve-
nī penitꝰ ignoro. Piſcator hoc
audiēs eū in nauiculā recepit
et ad domū ſuam duxit et in lecō
quieſcere fecit. Veneruntq; filij
plebei ad patrem ſuū nuncia-
bantq; ei ꝙ ſubmerſus fuiſſet
vnde amplius timere non debe
ret. Plebeꝰ non modicum gau
dens mane ſurrexit armauit ſe
ad ianuam palacij acceſſit et
clamabat. Illum peregrinū de
duc foras vt potero me de eo vi
dicare. Rex cum audiſſ; precē-
pit filie vt eum excitaret et ad
bellum ſe prepararet illa vero
ad lectum eius acceſſit et nō in
uenit. Puella vero amare fleuit
et ait. Heu mihi theſaurꝰ meꝰ
mihi eſt ablatus denūcianſq;
patri ꝙ eum non inuenit. Rex
vero contriſtatus eſt valde ſ;
cum lectum non inuenerūt ad
mirati ſunt Aliqui eum fugam
accepiſſe dixerunt aliqui ꝙ iu
gulatus fuiſſ;. Plebeꝰ in porta
continue clamabat. Educ fo-
ras peregrinū veſtrum quia ca
put ſuum hodie regi ꝓntabo.
Dum vero in palacō de peregri
no facta eſt queſtio vn̄ deueit
venit piſcator ad regem et ait.
Domine nolite contriſtari no
cte iſta in mari piſcando eram
et peregrinum in mari proiectū
inueni quem accepi et in domū
meam introduxi et eū dormiētē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dimiſi· Rex cū hoc audiſſ; gaui
ſus eſt valde miſit ad eum vt ſe
ad bellū ꝑpararz· Plebeꝰ cū au
diſſ; ꝗ mortuꝰ non eſſ; timuit
valde inducias belli a rege pe-
tijt· Rex indutias vnius hore ei
concedere nolebat Ambo capū
intrabant duos ictus dederūt ſ;
in tercio ictu guido brachiū eiꝰ
amputauit· Deinde caput a re
gi pn̄tauit· Rex vero gauiſus ē
valde ꝗ peregrinꝰ tam glorio
ſe triūphauit ⁊ cum audiſſ; ꝗ
filij plebei eum in mari proiece
runt eos ī patibulo ſuſpendi fe
cit· Peregrinus vero licentiam
a rege accepit· Jlle vero dona-
ria multa ei obtulit vt ſecū ma
neret ſ; ille nolebat ei cōſentire
aurum ⁊ argentum in magna
quantitate dedit qui omnia ty
rio ſuo dedit ⁊ eum cum rege ī
priſtino ḡdu ⁊ in diuitijs mul
tis īſtituit ⁊ vale regi fecit· Rex
vero ait ei· Kariſſime: propter
deum vnum a te peto anteꝗ̄ re
cedas dicito mihi qđ eſt nomē
tuum At ille· Domine guido vo
cor de quo ſepius audiſti· Rex
hoc audiens ſuper collum eius
cecidit magnam partem ei ꝓ-
miſit regni ſui ſi moram cū eo
traheret· Jlle vero nullo modo
ei volebat conſentire ſed oſcu-
latus eſt regem ⁊ ab eo receſ-
ſit· Guido vero angliam intra-
uit ⁊ ad proprium caſtrum ꝑ
rexit ante portam pauperes ſe-
dentes in magna multitudine
inuenit ⁊ inter eos in forma pe
regri comitiſſa ſedit vxor eiꝰ ꝑ
ſonaliter ſingulis diebus mi-
niſtrabat ⁊ cuilibet pauperi de
nariū dedit dicens· Orate pro
domino meo guidone vt ante-
ꝗ̄ moriar gaudium de eo ha-
beam ⁊ vt feliciť ad me reuťat
q̄niam ad terram ſanctam diu
perrexit· Accidit eodem die ꝗ
filius eius qui ſeptem annorū
erat ſplendide indutus eſſet et
matrem inter pauperes ſeque-
batur· Filius cum audiſſet ma
trem cuilibet pauperi dominuz
guidonem nominare ait O ma
ter eſt ille ne pater meus: quē
pauperibus iſtis ſic recōmen-
das? At ille· Eciam fili mi· Ter
cia nocte poſtꝗ̄ te concepi: a
me receſſit ⁊ amplius eum non
vidi· Cum vero domina inter
pauperes per ordinem ambu-
laret venit ad virum ſuum gui
donem ⁊ elemoſinam ei dedit ſ;
qualis eſſet penitus ignora-
bat· Jlle vero caput ſuum incli
nabat ne agnoſceretur· Domi
na cum ad alios pauperes am
bulaſſet filius ſequebatur gui
doq; oculos ſuos eleuans vidēſ
q; filium ſuum quem ante nō
dum viderat n̄ poterat ſe otinē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

filium inter brachia accepit ⁊
oſculat⁹ ē eum ⁊ ait. O fili dul
ciſſime deus det tibi gratiaꝫ deo
placere. Domicelle vidētes pe
grinū ei oſculū tradere: vocatus
eſt vt ampli⁹ ibidem nō ſtaret
Guido ad vxorē acceſſit ⁊ locū
in foreſta petijt vt ibi poterat
ſemꝑ permanere. Illa vidēs eū
peregrinum ꝓ dei amore ⁊ viri
ſui locū ei conſtruxit. ibidem ꝑ
multa tp̄a pmāſit. Cū autē ad
mortē appropinq̄ret: famulum
ſuū aduocari fecit ⁊ ait. Jte ka
riſſime feſtinā ter ad comitiſſaꝫ
⁊ iſtū anulū ei trade ⁊ dicite ſi
me deſiderat videre ſtatī ad me
veniat ſine vlteriori dilatione
Nūcius ad dn̄m perexit ⁊ anu-
lū ei oñdit Viſo anulo alta vo
ce clamabat Jſte eſt anul⁹ dn̄i
mei. Agili curſu ad foreſtā ꝑ-
rexit ⁊ añquā venit guido ē de-
funct⁹ Jlla vero ſupcadauer ce
cidit alta voce clamabat. Heu
mihi ſpes mea perijt ⁊ lamēta-
tiones ⁊ ſuſpiria emiſit: dicēs
Vbi iam ſūt elemoſine mee q̄
pro dn̄o meo feceram omni dies
Vidi dn̄m meū elemoſinā de
manib⁹ meis accipe ⁊ eū nō cō
gnoſcebā. Vidiſti filiū tuum
añ oculos tuos palpaſti oſcu
lat⁹ fuiſti nec mihi nec ſibi indi
caſti q̄d feciſti. o guido guido ā
plius te non videbo. Cū maxīo

honore corpus ſepulture tradi
dit ⁊ mortē eius ꝑ multos di-
es planxit. Moralizacō.

Kariſſimi ꝑ iſtū militē deū
intelligere debem⁹ q̄ mul
ta bella fecerat primo i celo qn̄
demones expulit ſicut ſcriptuꝫ
eſt Factū ē prelium magnū in ce
lo deinde in terra ſepius quādo
pharaonē ⁊ exercitū eius ꝓie
cit in mare. Et in paſceue ⁊ hoc
totū ꝓpter amorem puelle id ē
aīe deinde tyriū ſecum duxit. i.
hominē aſſumpſit vt infideles
id ē vitia de regno corporis ex
pelleret ⁊ virtutes plātaret ty
riū. i. moyſen conſtituit vt po
pulum ſuū ad vitā rectitudīs
duceret. Deinde guido de terra
ſancta venit qn̄ fili⁹ dei de celo
deſcendit ⁊ tyriū vagantē ſcꝫ
totū genus humanū in via ꝑ
dicōnis inuenit qꝛ quotq̄t āte
eū venerunt: ad inferna deſcen
derunt dormiuit in gremio no
ſtro qn̄ nrām hūanitatē aſſum
pſit de v̄ginis vtero. Muſtela
exijt ⁊ mōtē itrauit ⁊c̄. i. iohēs
ꝓphete ⁊ alij de ei⁹ aduentu ꝓ
phetabant in mōtē. i. in mūdū
intrauerūt v̄bū dei p̄dicādo ſic
teſtat̄ de iohe. Ecce mitto āge
lum meum ⁊c̄. poſt hec redijt
ad chriſtum eū dixit. Ecce ag-
nus dei. Chriſtus vero inuenit
draconem mortuum ſcꝫ legem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

antiquā cōculcatā per cerimo
nias ⁊ cū in ea thesaurū inuenit
scȝ decē precepta que hoī dedit
cum gladio ptātis diē quā sibi
retinuit sicut scriptū est. Judici
um meū alteri nō dabo p istum
gladiū plebeū tyrānum inter
fecit qui tyrium .i. hominem ab
honore ⁊ diuitijs priuauit qn̄
primū patrē trāsgredi fecit pu
gnauit fortiter in cāpo isti⁹ mūdi
⁊ pynam virginem scȝ beatam
mariā armis humanitatis erat
armatus. Sed septē filij id est
propter septē peccata mortalia
de celo descendit ⁊ cū eo semper
fluit ⁊ in mare isti⁹ mundi pie
ct⁹ vbi piscator scȝ spūssanct⁹
sup eū descēdit ⁊ sp cū eo fluit ⁊
in fine dyabolū deuicit ⁊ victo
riā regi .i. pr̄i celesti pn̄tauit. ⁊
sic ad terrā suā .i. celū se trāstu
lit ⁊ nobis anulū fidei sue reliqt:
p quā poterim⁹ ad eternā pr̄iā
peruenire. Guido cū ad pr̄iā suā ve
nerat icognit⁹ erat sic fili⁹ dei in
celo intrauit parentes sui scȝ āgeli
aliq̄ qlis esset penit⁹ ignorabāt
Vn̄ dicebāt qs ē iste q̄ venit de
edō tinctis vestib⁹ de bosra. Vn̄
dem⁹ prēȝ nr̄ȝ osculari scȝ corde ⁊
ei infūdē qr ipse ē pr̄ nr̄. Vn̄ in
deut. Anq̄ esses ipe ē pr̄ tu⁹ ⁊c̄.
Studeam⁹ ergo patrē nostrū
xp̄m seq̄ p opa mīe ⁊ p ōseqns
veniem⁹ ad eterna gaudia

De sarcinis ⁊ guamib⁹ mūdi
⁊ gaudijs celi. C. lxxiij.

Accidit sel' qr rx q̄dā ad nū
dinas perexit ⁊ secū q̄ndā
mgr̄ȝ phm cū discipulo suo du
xit. q̄ stātes i foro: viij. sarci
nas viderit vēdicōi expositas de
q̄rū pma: discipul⁹ mgr̄m inter
rogauit qle pciū paupertas scȝ
⁊ tribulacōes ppt deū reqrit: q̄
ait. Regnū celorū. D. Vnde pciū
ē. āimoueat secūdā ⁊ videa⁹ q̄d
int⁹ habeat. M. Māsuetudie: Bti
iq̄t mites. D. Preclāra res ⁊ bo dig
māsuetudo: cui⁹ pciū ē? M. No
dabitur aurū obrizū p ea. nec ap
pendetur argētū p ōmutacōe ei⁹ s3
terrā rqro n̄ n̄ trā desidero p ea
D. Ab idia vsq̄ britaniā terra
spaciosa ē ⁊ cultorib⁹ idigēs: arcā
pe qntū placȝ. M. Neq̄q̄ hec ter
ra ē morientū. q̄ deuorat habitato
res suos. moriūtur i ea hoies: ego
vo terrā qro viuētū. D. Quid
ppēdo gmoriūtur ⁊ tu iuit⁹ mori
eis. viuē vis i eternū? Ecce bti
mites qm̄ ipi possidebūt terrā.
Tercia q̄d ōtinȝ? M. Esuriē ⁊
siti. D. Quō hec pn̄t opari? M
Justicia illi nom̄ ē. Bti q̄ esuri
unt ⁊ sitiūt iusticiā: qm̄ ipi sa
turabūtur. D. Saturaberis ergo ⁊
prouemet tibi iusticia si non in
terfuerit negligētia. Qrta q̄d
ōtinȝ? M. Lacrimas flet⁹ ⁊ plora
t⁹. irriguū supi⁹ ⁊ irriguū ifri⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

D. Luctus ⁊ fletus non ſolēt
emi redimi tamen. quia hoc p̄
ciū deſiderant ſancti. Beati q̄
lugent qm̄ ipſi conſolabuntur
Quintus ille ſacculꝰ quid hꝫ?
M. Rem precioſam. miaꝫ: quā
tibi placere ꝑpendo. Ne te pro
trahā. pro mia: volo miam.
pro temporali eterna. D. Non
es bonus rerum arbiter. Pro tē
poralibꝰ em̄ nunꝙ̄ accipies et̄
na: niſi pro te ageret miſericor
dia. Ipſa tamen fiet tibi ſcd̄m
fidem tuam. Et beati miſericor=
des: qm̄ ipſi miſericordiā conſe
quentur. Sed iā pauptatibꝰ
⁊ miſeriis ⁊ tribulacōibꝰ ha
bundamꝰ. Reuolue ſextum: ſi
forte quid melius otineat. M.
Plenꝰ plane. ſꝫ hoc non amat
publicum. vt purpūr ſed in ſe=
creto cubiculo videbitur. ibiqꝫ
de premio eius taxabitur. D.
Exanimati ſumus. quidnā eſt
modo? M. Mundicia eſt cor=
dis precioſa. ibi vaſa aurea ⁊
argentea continētur ſcꝫ pietas
bonitas. miſericordia. caritas ⁊
gaudiū i ſpiritu ſancto. Hinc
precioſa illa pallia explicabū
tur. vt ſunt lectiones. medita
ciones. orationes. contempla=
ciones. iudicia domini vera iu=
ſtificata in ſemetipſa deſiderabi
lia ſuper aurum ⁊ lapidem pre
cioſum multum. D. In cuſtodi
endis illis retribucō multa. Pe
te igitur quid vis. M. Viſio
nem dei. D. Beati ergo mundo
corde qm̄ ipſi deum videbunt.
Euolue ſeptimam. M. Pacem
continet. D. Pacem tuam mihi
venditurus es? M. Non mee
expedit paupertati nec tue iu=
ſticie competit. nec decet diuiti
as tuas. vt gratis a me aliq̄d
accipias. ſed iam: te in omni=
bus largiente habundo. Vn̄:
quid ſupereſt? Homo ſum ru
ſticus ⁊ ignobilis ⁊ de luto fa
ctus. de limo terre compactus
tedet me ignobilitatis mee. no
lo mihi vlterius improperari
terra es ⁊ in terram ibis: ſed po
tius volo mihi dici. celum es ⁊
in celum ibis. ſortem filiorꝫ dei
deſidero. filius dei eſſe concupi
ſco. D. Dixi fateor nec diffiteor
beati pacifici. quoniā filii dei vo
cabuntur. ſi igitur filiorum ſer
uas caritatem: paternam ha=
bebis hereditatem. Iam vlti=
ma reſtat ſarcina: explica eam
M. Non habet niſi perſequu=
tiones ⁊ tribulationes pro iu=
ſticia. D. Et quid pro hiis exi
gis? M. Regnū celorum. D. Iā
pro premio vel precio paupꝑ
tatis id tibi conceſſi. M. Vti=
nā: ſed menſis ex menſe. ſabba
tum ex ſabbato: cras. deſidero
preſenti ebdomada vel menſe:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod reſiduum eſt expecto. d.
Miror in negociando prudentiam
tuam: et nūc audi. Serue bone
et fidelis. quia ſuper pauca fui
ſti fidelis: ſupra multa te conſti
tuam Intra in gaudium dn̄i tui
Labores manuū tuarum. ac̄.
¶ Mos natura docet: nemo tol-
lere poteſt. Et de talione ingra
titudinis.

¶ Capitulū. C.lxxiiii

Quidam imperator pꝰ
meridiem ad venādū
equitabat. accidit q
tranſiret per quandam ſiluam
et inuenit quendam ſerpentem
a paſtoribus captum et ad ar
borem fortiter alligatum. Ser
pens vero horribilit' clamabat
Imperator pietate motus ſoluit
eum. et in ſinu poſuit vt eum ca
lefaceret. Cum autem eſſet cale-
factus: incepit eum mordere: et
venenum ſuum in eum effundē
Ait iperator. Quid facis? Cur
malum pro bono reddis? Da-
ta eſt vox ſerpenti. vt quondam
aſine balaam: et ait. Mos natu-
ra docet: nemo tollē poteſt. Tu
feciſti qđ i te fuit. ego vo ſcđm
naturam meam feci. Tu oſtēdi
ſti mihi omnem humanitatem
quam potuiſti: ego vero reddi
di tibi omne qđ in me eſt. Ve-
nenū obtuli: quia aliud michil
ꝗ̄ venenum habui. et ſemꝑ ero
inimicus hominū quia propter
hominem ſum punitus et male
dictus Illis ſic contendentibus
vocatus eſt quidam philoſo-
phus. vt inter eos iudex eſſet.
et iudicium rectum diſcerneret
Ait philoſophus. Iſta ſolum
per relatum et auditum veſtrū
audio: ſed ſi viderem ipſam rē
de qua dicitis: iudicarem. Vo
lo vt ſerpens ligetur ad arbo-
rem pariformiter ſicut prius li
gatus fuit. et dominus impera-
tor ſit liber tunc iudicabo pro
vtraqꝫ parte. Quod et ſic fa-
ctum eſt. Tūc ait philoſophꝰ
ſerpenti. Iam es ligatus. ſoluas
teipſum ſi potes et recedas. Ait
ſerpens. Non poſſum. quia tam
fortiter ligatus ſum vt vix me
mouere valeo Ait philoſophꝰ
Morieris ergo iuſto iudicio.
quia ſemper et vſqꝫ modo in-
gratus fuiſti homini et ſemper
eris. Poſt hoc conuertit ſe ad
imperatorem et ait. Domine: iā
liber es. venenum de ſinu tuo ex
cutias. et perge viam tuam. Am
modo de tali fatuitate te non in
tromittas. quia ſerpens nichil
aliud poteſt facere: niſi quod
natura ei dedit. Imperator hoc
audiens: dedit gratias philoſo
pho qui tam rectum iudiciū de
dit et abſceſſit

¶ Moralizacio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

RAriſſime iſte imperator
poteſt dici quilibet bo-
nus chriſtianus ⁊ vir eccleſi
aſticus. ſicut eſt bonus prela-
tus: qui habet continuo venari
circa ſalutem animaꝝ. Unde
oportet ꝙ tranſeat ꝑ ſiluā. Iſta
ſilua: mundus dicitur. In quo
inuenit ſerpentem ligatū. Ser
pens eſt dyabolus qui per xp̄i
paſſioneꝫ intm̄ eſt ligatus: ꝙ
nihil potuit niſi ꝑmiſſiue hoc ē
inquantū homo qui eſt libere
volūtatis eū temptare ꝑmittit
⁊ ei cōſentit. Miſer vero homo
non premeditans de futuris:
ſoluit dyabolum. ⁊ in ſinū ſuū
ponit: quotiens in peccato mor
tali iacet ⁊ i eo delectatᷣ. Quid
ergo facit dyabolus? Certe ꝓij
cit venenū in corde illius homi-
nis. Venenū dyaboli: eſt pec
catum peccato addere. ⁊ malū
malo cumulaē. Iſto veneno plu
res hodiernis temporib⁹ infici-
untur. Quidam cū ſunt in pec
cato luxurie: non ſolum apud
ſe incontinentes ſūt: ſed ⁊ ali-
os malo exemplo ad ſimile pec
catum inducunt. Alij venenuꝫ
illud peſſimū a faucib⁹ dyaboli
diffuſū detractionis ſcꝫ ita ha-
bundanter recipiunt: ꝙ cū ſe-
ipſos intoxicatos cōſpiciunt.
non ad clamorem alicui⁹ ad-
iutorij ꝑ confeſſionem vocife-
rant: ſed vt alij ad venenū hoc
hauriendū ac alijs miniſtrādū
vlterius: accedant. De iſtis de
tractorib⁹. pſ. ait. Venenum
aſpidum ſub labijs eoꝝ. Item
alibi Lingua eoꝝ gladi⁹ acu
tus. Iſtud venenū eſt ita dete
ſtabile: ꝙ vix aliquod malum
veneno detractionis opari pōt
Unde ambroſius ait. Deterio
res enī ſunt qui bonam famam
alijs ſurripiūt: ꝙ̄ qui bona eo
rum violenter rapiunt. bona
aūt pn̄t eis reſtituere: famam
autē nunꝙ̄. Melius enī eſt no
men bonū ꝙ̄ vngēta precioſa.
Inimic⁹ ergo noſter dyabolus
peccati venenū ſemper in nob
fūdere ſtudet. qꝛ natura ſua ma
la eſt ⁊ ergo bonū facere non
poteſt. ⁊ inimicicie ſūt intᷣ dy
abolum ⁊ hominem ab inicio.
Sed peccator dyabolum liga
tum ſoluit. qn̄ peccatū immiſſum
per temptationem: ope perficit
Solucōe facta inimicū ſuū in
gremio fouet: qn̄ pctm̄ cōtinu
atur ⁊ pctōr ꝑ ꝯſuetudinē i eo
manet. qḋ grue ē ⁊ ad vltimū i
deſpacōis baratꝝ imergit ⁊ ſb
ducit. Paſtores ꝗ iſtū ſpētē li
gabant: ſūt ꝓphete. ꝑiarche.
apl̄i. ⁊ alij moderni ecc̄ie docto
res ⁊ predicatores qui euꝫ vin
culo lingue eorum ita ligant:
ꝙ poteſtatem nullam exercere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poteſt· ⁊ ꝑ vitã ſanctã ⁊ opa
miſericordie ⁊ dn̄ica oracōe po
teſtatē ei oēs ſubtrahunt· Sʒ
miſer homo qui nō timet deum
contra dyabolum nō pugnat·
nec eum ligat· ſed vt potius eū
ſoluat· peccata mortalia cōmit
tendo· ⁊ in gremiū eum recipiēs
fouet· Et tūc eſt plenus vene-
no peccati in corpore ⁊ anima·
Si ergo deſideras liberari: vo-
ca ad te pr̄bm id eſt diſcretum
confeſſorē· qui habet iudicare
inter te ⁊ dyabolum· qui ſcit di
ſcernere inter lepram ⁊ non le-
pram inter peccata ⁊ peccatorū
genera· Cui pandas cor tuum
Sed nullus poterit iudicare:
niſi prius dyabolus ſit ligatus
Et quomodo debet ligari? Cer
te triplici cathena· ſcilicet Con
tritionis· confeſſionis ⁊ ſatiſfa
ctionis· Quia teſte pš· Cor cō
tritum ⁊ humiliatum deus non
deſpicies· quia non vult mortē
peccatoris ſed vt magis conuer
tatur ⁊ viuat· propterea pec-
cator hanc triplicem cathenaʒ
quotienſcūqʒ ſibi aliquod pec
catum obijcitur: ad collum dy
aboli debet extendere: ⁊ eum ſic
ad deſiſtēdum compellere· Ad
uerſarius iſte: qui tanq̄ leo ru
giens circuit nos querens quē
deuoret· ideo hūano generi ad
uerſatur: quia locum vnde ip

ſe cū ſocijs ſuis per peccatū ceci
dit: vt peccatis renouatis hō ſi
militer eundē amitteret ⁊ grãm
celeſtiū nō obtineret· quare oia
peccata quãq̄ minima· ⁊ per cō
feſſionē nō deleta: ad faciē nob
oſtendet i extremis propterea
hui⁹ cathene capiamus partē
ſecundã ⁊ ad collum eius lige
mus vt ſic vinctū ducere pote
rimus per confeſſionem: qui in
noſtrã ꝑpetuam laborat confu
ſionē· Tunc cōfeſſor dabit nob
remediū ſalubre de tercia par-
te iſtius cathene ſcilicet penitē-
tie ac ſatiſfactionis ⁊ dicet· Iã
liberatus es a dyabolo vade in
pace· hoc eſt· Noli ãpli⁹ pecca
re· Rogem⁹ ergo ⁊c·

¶ De diuſitate ⁊ mirabilib⁹ mū
di· cū expōe ¶ Ca· c· lxxv

Plini⁹ narrat q̄ aliqui
hoīes ſūt canina capi-
ta hn̄tes qui cū latra-
tu loquūtur· ⁊ veſtiūt̄ pellib⁹
animaliū· Tales ſignificãt pre
dicatores q̄ oēs animaliū pelli
bus dn̄t veſtiri· i· aſpera pnīa ꝓp
ter bonū exēplū alijs dandū in
dui· Itē· In india ſūt q̄dã homi
nes q̄ tm̄ vnū oculū ſuper naſū
hn̄t in frōte· ⁊ carnes aīaliū co
medūt Iſti deſignãt hoīes q̄ tm̄
hn̄t vnū oculū rōis· ſ· q̄ i frōte
vtūt̄ ⁊ n̄ volūtate In libia ſūt
aliq̄ hoīes ſine capite oſa ⁊ oclos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habentes in pectore. Tales deſignant homines q̄ volunt humiliter obedire ex corde nō hn̄tes pectora leuia. Et quicq̄d extrinſecus faciendū eſt in ope: prius bene deliberant in corde. In oriente contra paradiſū ſūt homines nihil comedētes. quos tam modicum habent: vt calamo potū ſumāt. de odore pomorum et florū viuūt. Ex odore malo ſtatim moriūt. Iſti deſignāt clauſtrales: qui precipue contra cibū et potum debent ſobrij eſſe. et hoc ē modicū os habere. Et cum calamo id eſt cū diſcretiōne ſumere cibū. Tales debent ex odore pomorum et florū id ē preceptorum et bonarum virtutū ſpūaliter viuere. et ſic alijs modum viuendi in caſtitate et parſimonia prebere. Sed de odore malo id eſt peccato cito moriūtur. Quia q̄r cito peccatum perpetratur: homo xp̄o morit. Itē ibidem ſunt homines ſine naſo facie plena. et quicq̄d videt hoc totum bonū putāt. Tales deſignant ſtultos ſine naſo diſcretionis ita q̄ totū eis bonum eſſe videtur quod vident et ipſi faciunt. Sunt et ibidē homines habentes naſū et labrum inferius tā longum: q̄ totā faciē cooperiūt dormientes. Tales deſignāt iuſtos qui hn̄t inferius. ſ. ad mundū magnū labiū conſiderationis attēdentes mundi vanitatem detractionis. et mēdacij. tamen per labium cuſtodie protegant totam faciē id ē totam vitam per iugē meditationem ne in peccatis dormiat. In Sichia ſunt homines hn̄tes tam magnas aures vt tegant p illas totum corpus. Hij deſignant illos: qui libent audiunt verbū dei. per qd poſſint animā et corpus a peccatis cuſtodire. Item aliqui ſunt q̄ vt pecora ābulant. Et ſignāt illos qui nec deum nec ſanctos eius honorant. ſed vt pecora et iumēta irracōnalia de pctō in peccatū ambulant. Contra q̄s dt ps. Nolite fieri ſicut equus et mulus ac. Itē Aliqui homines ſunt cornuti: naſo breui. pedibus caprinis. Tales ſūt ſupbi qui in omni loco cornua ſuperbie oſtendunt. et hn̄t puū naſum diſcretionis ad ſalutē propriā ſ; hn̄t pedes caprinos. currendo ad luxuriā. Caprea enī velociſſimi curſus eſt. et ad aſcēſum prona. Applica ad ſuperbos. In ethiopia ſūt homines tantum vnū pedem hn̄tes. tante tamen velocitatis ſūt: vt beſtias currendo inſequātur. Hij ſunt illi qui habent tantū vnū pedem affectionis erga deum et

proximum pedem ſcilicet carita tis. Tales ſunt veloces verſus regnum celeſte. In india ſunt pigmei duorum cubitorum in longitudine. equitantes ſuper hircos et cum gruibus prelian tes. Hij deſignant illos qui p ui ſunt in longitudine bone vi te. incħoantes: ſed non perſeue rantes. et nõ viriliter cõtra gru es id eſt vitiorum ſordes pug nant. In india eciam ſūt ali qui homines ſex manus haben tes. nudi et piloſi i flumine mo rantes. Homines cum ſex manī bus deſignant ſtudioſos: qui laborant vt vitam eternam ob tineant. ps. Anima mea in ma nib9 meis ſemper. Per homines nudos intelliguntur peccatores virtutibus ſpoliati: qui moran tur in flumine iſtius mundi.

Ibidem ſunt homines in ma nibus et pedib9 ſex digitos ha bentes. per ſeptimanam ab om ni pollucõe peccati ſe cuſtodiūt et diem ſeptimum omnino cele brant et totaliter ſanctificant. Et mulieres cū barbis vſqȝ ad pectus ſed capite plano. Iſte deſignant homines iuſtos pla nam viam mandatorum eccle ſie obſeruantes qui amore vel odio non flectuntur. In ethi opia ſunt homines q̃tuor ocu los habentes. Et deſignant il los qui timent deum: mūndum dyabolum et carnem. Vnum oculum dirigunt ad deum re cte viuendo. et quomodo debe ant ſibi placere. Secundum ad mundum quomodo debeāt eum fugere. Tercium ad dya bolum quomodo debeant cõtra eum ſtare. Quartum ad carnē quomodo debeant eam caſtiga re. In europa ſūt homines for moſi: ſed capite et collo gruī cõ cum roſtris. Iſti deſignant iu dices qui debent habere ad mo dum gruis collum longum vt prius prudenter cogitent i cor de que per ſententiam proferen da ſunt in ore. Si ſic eſſent om nes iudices: non tam et tot ma le eſſent ſentētie

De medicina ſpūali

Capitulū. C.lxxvi

QVidam puer erat na tus ab vmbilico et ſur ſum diuiſus ita q̄ ha beret duo pectora et quodlibet proprios ſenſus. ita q̄ vno ede te vel dormiente: alter nõ dormī ebat vel edebat. Poſtq̄ p duos annos vixiſſent: mortu9 ē alt᷑. altero in terciū diē ſupuiuēte Item ſicut dicit plinius. Erat quedam arbor in india cuius flores dulcē hn̄t odorē et fruct9 ſaporē. Iux̄ cuius ſitū manebat

quidā ſerpens qui iacoꝛl9 vo
cabatur qui odoꝛē arboꝛis mul
tum odit Et ideo vt floꝛes ⁊ fru
ctus deſtrueret: ad radicē ar-
boꝛis veniens illā intoxicauit.
Quod videns oꝛtulan9 illi9 pa
trie tyriacam accepit. ⁊ in qua
dam virge ſūmitate ad ramoſ
arboꝛis illi9 ſupꝛemos infudit
que cito venenū expulit a radi
ce infecta. ⁊ arboꝛē ſterilem fru
ctificare fecit. Moꝛalizacō.
Kariſſimi per iſtum pue
rum intelligi poteſt q̄li
bet homo qui cōſtituitur ex du
ob9 ſcilicet coꝛpoꝛe ⁊ anima. ⁊
quelibet pars: pꝛopꝛia habet
opa. Gal. v. Opera carnis: ſūt
immūdicia foꝛnicatio. luxuria
ydoloꝝ ſeruit9. Opera anime:
gaudium ⁊ pax in ſpiritu ſan
cto patientia. longanimitas ⁊
huiuſmodi. Iſta opa ſibi inui
cem aduerſantur. vna doꝛmiē
te vel comedente: altera contra
rium ſemper facit qꝫ. Caro con
cupiſcit aduerſus ſpiritū. Qñ
enim anima quieſcit ab operi-
bus que ſua ſunt: tunc caro nō
quieſcit ymo ſollicita eſt circa
opera ſua mala ⁊ pūerſa. ⁊ ſic
vna pars eſt moꝛtua altera vi
ua. quia caro facit opera moꝛ-
tis. anima concupiſcit opera vi
te. Per iſtam arboꝛem intelligi
poteſt homo. fruct9 huius ar-
boꝛis ſunt boña opera. Vnde
Math. v. A fructib9 eoꝛum co
gnoſcetis eos. Fruct9 dulces ꝓ
tulit hec arboꝛ ante peccatum ſi
cut dicit ſapiens. Floꝛes mei:
fructus honoꝛis ⁊ honeſtatiſ.
Hos fructus ſerpens antiqu9
ſuſtinere non potuit. ſed vene
num impoſuit in radice dū pec
catum poſuit in pꝛimo paren-
te: tūc ſic infecta fuit arboꝛ iſta
qꝫ fructum dulcem ferre nō po
tuit. quia per opera quantum
cūqꝫ meritoꝛia: homo celum i
gredi non potuit. ſed ad mul-
ta annoꝝ milia tanqꝫ exul ab
hereditate vera pꝛofugus ⁊ ꝓ
pulſus exulauit. donec ſapienſ
oꝛtulan9 id eſt pater celeſtis
tyriacam infudit in vna virga
huius arboꝛis: Hec virga: eſt
beata virgo maria de qua dici
tur in yſaya. Egredietur vir-
ga de radice yeſſe. Item virgi-
lius in ſecundo bucolicoꝛum. Iā
redit ⁊ virgo. redeunt ſaturnia
regna. Iam noua pꝛogenies:
celo dimittitur alto. In modo
naſcendi puero: quo ferrea pᷓ-
mū. deſinet: ⁊ toto: ſurget gēs
aurea mundo. In hac virga po
ſita erat tyriaca: quando filiuſ
dei a patre miſſus eſt in vterū
virgis cooperante ſpiritu ſan-
cto. ⁊ quando de virgine nat9
eſt chꝛiſtus. arboꝛ infecta: per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

medicinam huius tyriace ſalu
tifere: dulcedinem ſuam priſti-
nam recuperauit. De qua oibꝰ
penitentibꝰ effluenter dat ⁊ nō
improperat vt in yſaia dt. Oēs
ſitiētes venite. ⁊c̄.

De pſequucōe Ca. c. lxxvij

Rex aſſuerus grādē con
uiuiū cunctis principi
bꝰ ⁊ populis regni ſui
fecit. Ad epulas reginā vaſti i
troduci iuſſerat vt populus eiꝰ
pulchritudinē videret quā in-
trare renitētem: rex regno p̄ua
uit. Heſter ꝑ ea in ſceptro ſub
limauit. Poſt hec rex quendaꝫ
aman ſuper regnū exaltauit cū
ctoſqꝫ principes ei ſubiugauit
Cum autē cepiſſent omnes ge
nu curuare ſolꝰ mardocheꝰ pa
trinus regine noluit eum adora
re. Vnde indignatus diſpoſu-
it eum cum omni progenie ſua
neci tradere cum regis ſigillo de
creuit ōnes iudeos in regno aſ
ſueri exterminare: altumqꝫ ere
xit eculeum in quo voluit ſuſpē
dere mardocheum. Interea duo
volebant regem occidere quoſ
mardocheus accuſauit ⁊ pro-
ditos iuſſit rex perdere. Mar-
docheum purpura indui ⁊ coro
nam imponi. ⁊ regio equo per
ciuitatem duci. Aman cum mi
litibus preire laudes ei concinē
Hoc facto: mardocheus reginē

dixit ꝙ amā eām cūm omni po
pulo ſcilicet parētela ſua mor
ti addixit que omni populo ie
iunium indixit ſe cum eis ieiu-
nijs ⁊ oracōnibꝰ affligit. Quo
peracto conuiuium īſtruxit re
gem inuitans. Aman quoqꝫ
adeſſe iuſſit inter epulas regeꝫ
pro ſui populiqꝫ vita rogauit
ſe ⁊ omnes ſuos ab aman dam
natos narrauit. Quem rex fu-
rore repletus iuſſit ſuſpendi in
eodem eculeo quem ipſe prepa
rauerat mardocheo. Porro ipſū
mardocheum principem conſti-
tuit qui omnem cognationem
aman perdidit ſic deo diſponē-
te populus innocens eſt libera
tus ⁊ ſemen neq̄ꝫ funditus ex
terminatum.

Moralizacō.

Kariſſimi: rex iſte eſt do
minꝰ noſter iheſus cri
ſtus qui de radice yeſ
ſe ſurrexit. Hic principibus ⁊
populis regni ſui conuiuium fe
cit quia pluribꝰ orbis princi-
pibus ⁊ fidelibus regni corpꝰ
ſuum ⁊ ſacram ſcripturā in epu
las dedit. Reginam vaſti coro
natam ad conuiuium vocauit
ꝙ ſynagogā lege ⁊ pphis redi
mitā ad celeſtes epulas inuita
uit Que renuēs: regno p̄uatur
Heſter captiua in ſolio eiꝰ loca
tur ꝙ iudea incredula de regno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xpi eicitur et eciã de gentibus a dyabolo captiua ĩ thalamũ regis cõ cors celestis regni ducit. Amã q̃ a rege exaltat᷑ ē iudaicus popul⁹ qui a deo regno et sacerdotio ac diuino cultu sublimatur q̃ q̃rit regīne ꝑgenie extirpare qꝛ iudaic⁹ populus q̃rit ecc̃e spm̃ extermiare. Amã q̃ꝫ eculeũ mardocheo erexit ĩ eũdem eculeũ ipse suspendit᷑ qꝛ diabol⁹ in crucis patibulo cõprehendit᷑. Duo q̃ ↄtra regē coniurauerũt sũt duo infideles populi scꝫ iudaic⁹ et gentilis q̃ xp̄m occidi ↄsiliũ dederũt quos mardocheus accusat qꝛ xp̄ian⁹ popul⁹ opa eoꝝ improbat. Illi a rege necãtur et isti a xp̄o dãnãtur. Mardoche⁹ purpura et corona vestit᷑ Equo regio p ciuitatē ducit᷑ qꝛ xp̄ian⁹ populus a doctoꝛib⁹ ꝑ mundũ totũ colitur. Ordo nãqꝫ equ⁹ xp̄i r̄gis dicit᷑: in quo ipse p oꝛbē vehit᷑ Aman cũ militib⁹ laudes ei cõsonãt qꝛ iudaic⁹ populus cum gentib⁹ velit nolit xp̄iani preconia ꝓpria celebrat Regina regem ad cõuiuiũ vocat qꝛ eccĩa xp̄m ad solēnia sui corpis inuitat. Aman eciã adesse iubet qꝛ fideli populo suas epistolas p̄dicando prebet. Aman q̃ꝫ qui mardocheo eculeũ erigit: ē ãte xp̄s qui populo p fide minat᷑

mortis suppliciũ qui eodē eculeo suspendit᷑ et ipse morti supplicio interimit᷑. Mardocheus princeps a rege preficit᷑. qꝛ fidelis populus pacto iudicĩ super oĩa bona sui dñi constituit᷑ Semen neq̃ exterminatur qꝛ tunc generacõ maloꝝ dãnat᷑ populus aũt regine liberatur et tristicia ei⁹ in gaudiũ cõmutatur qꝛ generacõ rectoꝝ bñdicetur leticia et exultacõe pfruet᷑

De omniũ diuitiarũ mr̄e prudentia Capitu. C.lxxviij.

Quidã rex desiderabat scire quõ seip sum et imperiũ deberet regere vocauit ad se vnũ qui alios in sapientia excellebat et ait ei. Rarissime trade mihi formã me ipsum et imperiũ regere. At ille. Dñe libenter. Statim fecit ĩ pariete regem depingi coronam hñtē in capite sub ista forma. Erat in solio positus quidam rex purpura indutus in manu leua pilam ĩ dextra portat sceptrum et vltra caput lucernam lucentē A pte sinistra regina q̃dam formosa coronata ĩ veste deaurata varietate amicta. Ex alia pte erãt assessores in cathedra sedētes cũ libro apto. Ante se sub rege: miles q̃dã q̃ ĩ eq̃ sedebat armis d̉coꝛat⁹ hñs galeã in capite hastã ĩ dextra clipeo

protectus· in leua enſē in dextra
loricā in corpe· fibulas in pecto
re· ocreas ferreas in tybia· cal-
caria in pedibꝰ· ferreas cyrothe
cas in manibꝰ· equū doctū ad
preliū cū faleratibꝰ· Sub rege
erāt depicti vicarij vnꝰ ſicut mi
les poſitꝰ in equo cū clamide ⁊
capucio pelles varie· virgā ex-
tenſā gerēs in dextera manu·
Itē populares ſub vicarijs: q̄rū
erit forma talis· Hō in hūana
ſpē factus habens in manu dex
tra ligonē quo terra foditur in
ſiniſtra virgā qua grex armen
toꝝ dirigitur· In cingulo falcē
cū quo ſegetes metūtur ⁊ vine
arū ⁊ arboꝝ ſupflua p̄ſcīdunt·
In dextro latere r̄gis fabꝰ mi
litē depictꝰ· Huiꝰ fabri forma
fuit· Qꝛ in forma hoīs malleum
geſſit in dextra· i leua hūit dola
brū In cīgulo geſſit trullā cemē
tareā· Itē an̄ populaēs hō q̄ in
dex̄ forpicē hūit· in leua gladiū
magnū ⁊ altū· i cīgulo pugilla
re· i· vas ſcriptoꝝ cū icauſto ſu
per aurē dextrā portās pēnā ad
ſcribēdū· Itē an̄ populaēs erat
quidā hō depictꝰ hn̄s in dextra
librā cū podē· In leua geſſit vl-
nā· In cīgulo geſſit burſā cum
varia moneta· Itē an̄ reginam
erant medici ⁊ pigmētarij ſub
hac forma· Hō erat poſitꝰ in ca
thedra mgr̄ali poſito libro i ma

nū dextra· Vrceo ⁊ pixide i ſiniſ
ſtra· In cingulo hn̄s ferramēta
vlceꝝ ⁊ vulneꝝ· Itē iuxta eū
hō ſic formatus· Hō tenēs ma
nū dextrā erectā ad inuitādum
tranſeūtes ꝓ hoſpicio· Leuā te
nēs plenā pane pulchro ⁊ de-
ſuper vas cū vino· in cingulo te
nēs claues· Itē in ſiniſtra pte ā
te militē homo erat huiꝰ forme
ſcȝ: in manu dextra hn̄s claues
magnas· in leua hn̄s vlnā· i cī
gulo hn̄s burſā cum denarijs·
Itē ante regē erat hō hn̄s ca-
pillos ꝓſpidos ⁊ diſtortos ⁊ in
dextra manu modicā pecuniam
in leua hn̄s tres taxillos· in cin
gulo hn̄s pixidē tris plenam·
Rex cū iſtā picturā vidiſſȝ tm̄ i
ea ſtuduit ꝙ ſapiētiā magnā
inuenit·

RAmi: iſte r̄x dȝ eē q̄libȝ ho
mus xpianꝰ ⁊ p̄cip ue p̄n
ceps vel p̄latꝰ q̄ vterqȝ eoꝝ dēt
eſſe in ſolio poſitꝰ purpura idu
tus que figurat v̄tutē grēa mo
rū pulchritudinē quibus mēs
⁊ anima chriſtiana ornari de
bet ⁊ precipue p̄ncipiſ ſiue p̄la
ti q̄ſi hītibꝰ p̄ ſubditus oībꝰ vt
corpꝰ eius reluceat aureiſ veſti
bꝰ· Coronā hn̄s in capite q̄ ōn
dit in rege regiam dignitatem
que eſt gloria populi qua ſub
ditorum omnium oculi in eū di
riguntur ⁊ ſibi obediunt· In

manu leua defert pilam q̄ oſtē
dit regē eſſe ãminiſtratorem ⁊
prouiſorem oīm ſubditoꝝ. In
dexͣ manu ſceptꝝ oñdens eius
iuſticiã ⁊ rigorē q̄bꝰ malos co
herceat quos amor vͥtutis a ma
lo non refrenat ⁊ vltra caput re
gis lucerna lucēs q̄ deſignat re
gis miaꝫ. Itē regina a pte ſini-
ſtra eſt caritas q̄ eſt formoſa
in aīa vñ mulier ſub rege ihū
xp̄o debet eſſe verecūda ⁊ pu-
dica. Secūdo dēt eē caſta ⁊ ho
neſta. Tercīo debet eſſe ſapiēs
⁊ diſcreta ⁊ vͥbis ⁊ moribꝰ mo
deſta. Itē aſſeſſores ſcꝫ iudices
in cathedra iſti ſūt prelati ⁊ p̄-
dicatores q̄ dn̄t mandata dm̄
cuſtodire libros .i. ſacrã ſcrip
turã apire populo. Miles ē bo
nus xp̄ianꝰ qui debꝫ armari bo
nis virtutibꝰ. Miles acingen
dus balneatͬ vt nouam vitaꝫ
ducat. Itē in oracōne pnoctat
petēs ſibi diuinitꝰ p gratiã qꝺ
non p̄t p naturã. Sic ⁊ bonꝰ
xp̄ianꝰ miles vero debet balnea
ri aqua ↄfeſſionis ⁊ ſepiꝰ ora-
tionē infūdere. Multa ſūt necã
ria militi. Primo vt ſit ſapienſ
ſic xp̄ianꝰ vt addiſcat ſapien
tiã contra dyabolū. Secūdo in
cumbit militi vt ſit fidelis dn̄o
ſuo ſic xp̄iãꝰ dn̄o ſuo ihū xp̄o
Tercio miles debꝫ eſſe liberalis
ſic xp̄ianꝰ clarīꝰ. Quarto mi-
les dēt eſſe fortis ſic xp̄ianꝰ cō
tra vicia. Quinto miles dēt eſſe
miſericors ſic xp̄ianꝰ. Sexto
miles dēt populares vigilantͬ
cuſtodire ſic xp̄ianꝰ vͥbo exem
plo ope alios inq̄ntū p̄t a pec
catis cuſtodire ⁊ p̄cipue p̄lati
Item vicarij ⁊ vnꝰ miles poſi-
tus in equo ⁊c̄. miles iſte ē iu-
dex qui debet poni i equo iuſti
cie ⁊ clamide mie ⁊ capucio cū
pellibꝰ varijs. Per capuciū fidē
cū multis auctoritatibꝰ ſcōꝝ ⁊
exēplis patꝝ in iudicijs dan-
dis vͥgã extēſã ſcꝫ tã paupi q̄
diuiti. Itē populares añ iudicē
⁊ hō in ſpē humana factꝰ ⁊c̄.
Ad q̄ tria reducitͬ oīs agricul
tura Legitͬ q̄ p̄mꝰ agͥcola fu-
it cayn p̄mogenitꝰ ade. Neccē ãt
fuit hoīeꝫ terrã colē vt ipſa q̄ ē
mr̄ nr̄a ⁊ corpalis forme cōmu
ne inicīū ⁊ q̄ nob in fine vite
dūe p̄bet domiciliū in medio vi
te nr̄e de nr̄o labore nob p̄beat
nutrimētū. Agricola multa bo
na dēt in ſe tenē p̄ͦ dēt deū cog
noſcē ei decimã dare q̄ oīa ſibi
dedit Scd̄o dꝫ legalitatē tenē
⁊ pſonã dm̄ ſui gerat ⁊ res eiꝰ
pluſq̄ ꝓpa cuſtodiat. Tercīo
dn̄t agricole mortē n̄ timē ſꝫ vi
tã diligē Q̄rto dn̄t laborē ocia
dimittē. Tria ſūt opa agricole
ꝓpe p̄mū ē agroſ colē iō i mãu
dextra defert ligoneꝫ pro terra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fodiēda Secūdū ē armēta nu
trire ideo tenet virgā ad aīalia
dirigēda deb; eē paſtor nō tm̄
arte ſ; vtute ſicut abel pm⁹ pa
ſtor offerēs deo pmitias de op
timo qḋ hūit in grege. Tercō
pertinet ad eū vgulta mūdare
arbores inſerē vineas plantare
ſic bonus plat⁹ dēt eē vtuoſus
opa meritoria deo offerre vgul
ta cordiū pctōꝝ p bonā doctri
nā mūdaē ārbōēs .i. bōs vtutes
inſerē ⁊ vineas pdicacōis dīne
plātaē. In cīgulo fallē .i. ſciāz in
corde rcāz ſciāz atz prudētiā mū
daē vita. ⁊ fabā n militē cū mal
leo i dex̄ p quē notāt̄ oēs q̄ fab
cāt malleo ferꝝ argētū ⁊ es. in
leua dolabꝝ q̄ nōnt̄ oēs artes ī
lignis opātes vt nauiū rcōres
carpētarij. In cīgulo geſſit trul
lā p quā notāt̄ oēs lapicide In
oib⁹ iſtiſ dn̄t eē t'a Primū ē fide
litas ⁊ legalitas. Secūdo d; eē
ī eis ſapīa veritas ne vn⁹ alteri in
uideat ꝉ ꝯtra eū ſuſpicōez hēat.
Tercō d; ī eis eē ⁊ maxīe ī nau
cleis fortitudo ī cōcuſſa. Itē hō ī
dex̄ tenēs forpicē ī leua gladiū
ī cīgulo pugillarē notāt̄ oēſ nō
rij ī pāno ⁊ lana ⁊ lino opātes
vt ſūt textorēs pānoꝝ ciſoēſ do
leatorēs ⁊ pēnā ⁊ pugillarem
oēs nōrij notant̄ quoꝝ offici
um eſt iudici aſſiſtere inſtrum
ta ſcribere ⁊ multa legere. Ad
hos ōnes triplex veritas perti-
net ſcilicet vite cōtra omne pec
catum contra affatum locutio
nis ne ſis mendax verbo vel ope
re. Secundo vt habeant ⁊ ſer-
uant iuſticiam ad quemcumqz
Tercio vt habeant morum ho
neſtatem contra diſcordiam fi
delitatem contra fraudulentiaz
amiciciam contra inuidiam.
Item homo in dextra libram cū
pondere per quā ſignantur cāp
ſores pecuniarum cōmutatores
In leua geſſit vlnam cum qua
notantur pannorum telarum
vel aliarum rerum menſurato-
res. In cingulo geſſit burſam
cum varia moneta ⁊ cetera. om
nes iſti debent auariciam fuge
re que eſt ydolorum ſeruitus. ſe
cundo caueant grauia debita cō
trahere. Tercō debent depoſitū
ſibi cōmiſſuz cū rpetit̄ ſine mora
reddē. Itē ſub rgia poit̄ hō ī ca
thedra mgrali ⁊c. in iſto libro
notāt̄ medici ⁊ phiſici oīm ārciū
liberaliū doctorēs oēſ iſti dn̄t hēe
diuſas curas ꝓpt' diuſas egritu
dies ⁊ auctoritateſ pticulaēs p
cis ſic ypocras galiē⁹ ⁊ ſic de ce
teris ī vrceo ſignificāt̄ apotecarij
cōfectores. Secūdo dn̄t caſte vi
uē vtutē moꝝ vb fcis hēe ſepi⁹
egros viſitaē ſaītatē ītroducē.
Tercō pigmētarij dn̄t hēe ſūmā
diligētiā ī ofectionib⁹ faciēdis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Itē homo manū dextram extē-
ſam ⁊c̄· que ſigt oīa bona ho
ſpitū apud eos repoſita ſalua
ſicut ⁊ in tuto· Hij primo dn̄t
vitare gulā ebrietatem vt eoꝝ
exēplo oēs ad eos venētes vi
te ſeruent modeſtiā· Secundo
dn̄t exhibere hoſpitibꝰ cū inui
tatione benigna ⁊ allocutione
blanda ⁊ faceta receptōes ho
ſpitū· Tercio faciunt ipſum fa
moſū hoſpitē primo quos re-
cepit hoſpitio deuiaꝝ periculis
docere exeūtes de hoſpicio con
ducere in domo ⁊ extra domū vi
tam ⁊ famā coꝝ cum omnibus
rebꝰ vt ꝓpriam defendere· Item
in ſiniſtra pte homo habēs cla
ues ⁊c̄· quibꝰ figurant̄ cuſto-
des ciuitatis in leua hn̄s vlnam
quibꝰ deſignant̄ officiales ci-
uitatis ſiue cōmunitatis vt ſunt
ꝓpoſiti in cingulo notant̄ thelo
lenarij ⁊ oēs qui recipiunt pe
cuniaꝫ cōmunitatis iſti debent
eſſe zelatores cōmunis boni ꝓ
uidi ſolliciti debent eſſe in con-
ſciencia ⁊ deū timē ⁊ reuereri·
Homo eciā hn̄s ſcapulos hi-
ſpidos ⁊c̄· deſignant̄ ꝓdigi re
rū ſuaꝝ dilapidatores in leua
hn̄s taxillos tres quibꝰ oſten
dūtur luſores meretricum con
cubitores in cingulo habēs ſpi
xide lr̄is plenā notantur curſo
res per mundum· ⁊c̄·

## De gula ⁊ ebrietate·

Refert ceſarius de dete
ſtabili vicō gule ⁊ ebri
etatis· Quia gula eſt ſoli
us corporis: īmoderatus ⁊ ille
cebroſus edendi ⁊ bibendi ap
petitus· Huius filie ſunt īmun
dicia· ſcurrilitas: inepta leticia
multiloquium· hebetatio ſenſuū
circa intelligētiam· In gula ſūt
quinqꝫ gradus peccandi· Pri
mus eſt· cibos precioſos ⁊ deli
catos exquirere· ſecundus curi
oſe preparare· terciꝰ ante tem
pus ſumere· quartꝰ nimis auī
de· quintus in nimia quantita
te· Gula primus homo victꝰ
in paradiſo ſuccubuit· Hec eſau
primogenita ſurripuit· Gula
zodomitas ad peccatum maxi
mum incitauit· Ipſa filios iſra
hel in deſerto proſtrauit· pſal-
miſta· Adhuc eſce eorum erāt
in ore ipſorum: ⁊ aſcendit ira
dei ſuper eos Iniquitas zodome
fuit ſaturitas panis· ⁊ habun
dantia· Homo dei abdo ſcilicet
miſſus in bethel propter cōmeſ
ſationem a leone occiditur· Di
ues qui epulabat̄ q̄tidie ſplē
dide: in inferno ſepelitur· Nabu
zardan princeps coquorū id
eſt gula: iheruſalem deſtruxit·
Vides quanta ſint pericula in
illa? Accedant ſcripturarum te
ſtimonia· Ait enim ſalomon·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

